The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/cartulairedemire02mire

CARTULAIRE DE MIREPOIX

FÉLIX PASQUIER

ANCIEN ÉLÈVE DE L'ÉCOLE DES CHARTES

Cartulaire de Mirepoix

TOME DEUXIÈME. — TEXTES



TOULOUSE

IMPRIMERIE ET LIBRAIRIE ÉDOUARD PRIVAT

14, RUE DES ARTS (SQUARE DU MUSÉE)

—

1921

The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto

DEC 8 1966

28171

CARTULAIRE DE MIREPOIX

OBJET ET RÉPARTITION

DES MATIÈRES DU TOME DEUXIÈME

Afin de faciliter les recherches, nous donnons, avec renvoi à la pagination, un état indiquant quel est l'objet des diverses parties du volume.

PREMIÈRE PARTIE

I. Texte du cartulaire de Mirepoix, pp. 1-236.

II. Commentaire en roman de la coutume de la ville de Mirepoix, pp. 237-263.

III. Pièces justificatives pour l'organisation municipale de la ville de Mirepoix et l'exercice du paréage entre le roi et le seigneur de Mirepoix, pp. 266-329.

DEUXIÈME PARTIE

I. Partages de famille, en 1300 et 1329, dans la terre de Mirepoix, pp. 330-388.

II. Pièces concernant le fonctionnement des institutions féodales dans la terre de Mirepoix, pp. 389-424.

III. Composition et évaluation, en 1510, de la terre de Mirepoix et d'autres biens de la maison de Lévis-Mirepoix, pp. 425-464.

IV. Table analytique des matières par ordre chronologique : Concordance des pièces, pp. 469-483.

CORRECTIONS ET ADDITIONS

Page 3, ligne 4, *au lieu de :* per domum, *lisez :* per domum
— 22, — 3, — *hab*itatoribus, *lisez :* *hab*itatoribus
— 25, — 34, — Arnadus, *lisez :* Arna*l*dus.
— 29, note 1 *à supprimer.*
— 29, — 2, *ajoutez :* (1296 *n. s.*).
— 37, ligne 20, *au lieu de :* por, *lisez :* pro.
— 51, — 21, — per*m*ittimus, *lisez :* pro*m*ittimus.
— 88, — 27, — frates, *lisez :* frater.
— 89, — 1, — *B*osenchis, *lisez :* *D*osenchis.
— 91, — 28, — domin, *lisez :* domin*i*.
— 93, — 13, — Faiagarn, *lisez :* Faiag*ran*.
— 97, note 1, — harthenus, *lisez :* haethenus.
— 127, ligne 5, — liber*r*ates, *lisez :* liber*t*ates.
— 137, — 11, — compulerant, *lisez :* compulserant.
— 141, — 12, — cuis, *lisez :* cu*i*us.
— 146, — 20, — *C*ausaco, *lisez :* *C*ousaco.
— 147, — 14, — Adol*a*ne, *lisez :* Ad*a*lone.
— 152, — 15, — magis*tri*, *lisez :* magis*ter*.
— 159, — 1, — *p*laceriis, *lisez :* c*l*aperiis.
— 165, — 34, — a mota, *lisez :* amota.
— 166, — 5, — loca*t*ibus, *lisez :* loca*l*ibus.
— 171, — 35, — dei*c*ebant, *lisez :* dei*i*ciebant.
— 172, — 5, — dei*c*iatur, *lisez :* dei*i*ciatur.
— 179, note 1, *lisez :* Isabelle de Lévis, sœur de François, seigneur de Lagarde et de Montségur, avait épousé Renaud de Pons, seigneur de Bergerac. De cette union naquirent deux enfants : 1° Hélie Rudel, dit Renaud de Pons, marié à Mathe d'Albret ; 2° Jeanne de Pons. Ils avaient été placés sous la tutelle de leur oncle François qui devint leur héritier, quand ils moururent sans postérité. (*Inventaire des archives de Léran*, t. III, pp. 66, 67.)
— 199, note 1, *au lieu de :* T. XI, *lisez :* T. X.
— 200, ligne 5, *ajoutez :* f. XCII.
— 200, — 11, *au lieu de : el, lisez : de.*
— 201, — 4, — 17 juillet, *lisez :* 27 juillet.
— 219, — 17, — 5. Item I cavalh una, *lisez :* 5. Item I cavalh ho una.
— 219, note 1, — mei*t*at, *lisez :* mai*t*at.
— 220, ligne 11, — I. d., *lisez :* III. d.
— 224, — 27, — reias d'araire ayshadas, *lisez :* reias d'araire, ayshadas.
— 225, — 16, — dore, *lisez :* dor*n*.

Page 225, ligne 33, *au lieu de :* caros, *lisez :* cardos.
— 226, — 15, — premierament, *lisez :* pramierament.
— 229, — 35, — segan, *lisez :* segon.
— 230, — 9, — — id —, *lisez :* — id —
— 230, — 16, — an, *lisez :* al.
— 230, — 28, — esquilhos, *lisez :* esquilhas.
— 236, — 11, — aque, *lisez :* aqui.
— 236, — 14, — carra, *lisez :* carga.
— 236, — 28, — esmoldra, *lisez :* esmoldrar.
— 242, — 17, — Demus, *lisez :* Damus.
— 243, note 1 à supprimer.
— 244, — 14, *au lieu de :* auzels filatz, *mettez une virgule entre les deux mots.*
— 245, — 13, — Et sia gut, *lisez :* Et si a [a]gut.
— 247, — 10, note 1, Louis X le Hutin mort en 1316, *lisez :* Louis XI mort en août 1483.
— 249, — 16, *au lieu de :* erim, *lisez :* crim.
— 253, — 17, — venguda, *lisez :* venduda.
— 255, — 16-17, — coutinuan, *lisez :* confians.
— 283, — 24, *après* justice, *ajoutez :* prélation.
— 301, — 4, *au lieu de :* juillet 1502, *lisez :* juillet 1500.
— 316, — 11, — moys de may, *lisez :* juillet.
— 335, — 8, — testum, *lisez :* testium.
— 335, — 17, — tenuirant, *lisez :* tenuerant.
— 339, — 13-14, — determinatum, *lisez :* determinatam.
— 341, — 18, — 1301, *lisez :* 1300.
— 397, — 19, — petitis, *lisez :* petitis.
— 399, — 23, — alteri, *lisez :* altero.
— 405, — 1, — Jean de Lévis III, *lisez :* Roger-Bernard de Lévis II.
— 413, — 1, à la note 1, *au lieu de :* conseil de famille de Jean de Lévis, *lisez :* Roger-Bernard de Lévis II.
— 467, — 14, *au lieu de :* avol vida, *lisez :* aula vida.
— 468, — 15, — avol vida, *lisez :* aula vida.
— 479, — 1, — Jean de Lévis III, *lisez :* Roger-Bernard de Levis II.
— 480, — 6, — Fin du XIV^e^ ou commencement du XV^e^ siècle, *lisez :* commencement du XIV^e^ siècle.
— 480, — 30, — juillet 1502, *lisez :* juillet 1500.
— 483, note 2, à la fin, *ajoutez :* pour tout ce qui a trait à la boucherie.
— — 3, — — cartulaire ff LVII : 2^e^ — LX.
— — 4, — — Ce document n'est pas inédit, il a été publié dans le recueil des ordonnances..... pp. 50-53, cartulaire ff L LI.
— — 5, — — cartulaire ff LI-LII. V^o^.
— — 6, — — cartulaire ff LVII LXII.
— — 7, — — cartulaire ff LXII V^o^ — LXIV.

I. — *Coutumes et privilèges accordés aux habitants de Mirepoix par Pierre-Roger de Mirepoix et les 34 autres coseigneurs de la ville. — Délimitation du fief. — Ratification de la charte par le comte de Foix Raymond-Roger.* (Pièce 8 du Cartulaire.)

Cette charte est antérieure à l'établissement de Guy de Lévis dans le pays.

20 Mai 1207

In Dei nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo septimo, rege Philippo regnante, notificetur cunctis quod ego, Petrus Rogerii de Mirapisce, et ego, Esquivus, eius filius, et ego, Raimundus de Ravato, et Rogerius Isarnus, et Isarnus Batala, et Iordanus de Marlaco, et Bertrandus de Marlaco, et Arnaudus Rogerii, et Petrus de Romengos, et Rogerius de Ventenaco, et Guillelmus, frater eius, et Guillelmus de Mirapisce, et Giraldus, et Galardus, et Primargus, et Isarnus de Fanoiovis, et Hugo de Amansas, et Bernardus Hato, et Guillelmus Ianincus, et Bertrandus, eius frater, et Guillelmus Azemar, et Vitalis de Bociaco, et Raimundus, frater eius, et Petrus Raimundus de Adalo, et Guillelmus de Spinos, et Petrus Raimundi, eius frater, et Petrus Rogerii de Bosannaco, et Guillelmus de Mirapeys, et Bertrandus de Romengos, et Hugo de la Roca, et Arnaudus Berengarius, et Arnaudus Holiricus, et Petrus Giraldus, et Bertrandus de Malaspina, et Bernardus de Lupiano, nos omnes prescripti, per nos ac per omnes nostros successores, non cohacti, nec decepti ab aliquo, set spontanea et nostra libera bona voluntate, bona fide, et sine omni fraude, cum ista carta presenti in perpetuum valitura, ponimus ac terminamus, et ordinamus in circuitu huius castri Mirapiscis tales terminos, cum modo audientis in isto instrumento, cum populo generaliter magno et parvo, qui modo est in castro et domum et localem habet, et in hoc castro de alio loco pervenit stare. Ut securus permaneat sine omni suo inganno intus terminos, de nobis et de omnibus amicis nostris et de inimicis, ad totum nostrum posse, vindictam facimus.

I. Tales sunt termini a nobis ordinati ac terminati : de ipsa fortia de Malagoda usque ad caput prati de Carrairis, et usque ad villam de Pesadis, et usque ad ecclesiam de Heremo, et usque ad Quairolem, et usque ad ecclesiam de Paysshels, et usque ad ecclesiam de Besseto, et usque ad Puiolar de Maderiis, et usque ad casale Raimundi de Payches, et usque ad Podium ecclesie Sancte Marie, et usque ad localem militie de Comagoda, et usque ad ecclesiam Sancti Aulini, et usque ad Vilatam, et usque ad ecclesiam de Spinos, et usque ad ecclesiam Sancte Fidis. et sicut ducit per las Rodas usque ad fortiam de Malagoda.

II. Itaque nos omnes iamdicti, cum nostris propriis manibus, intus predictos terminos, super sancta quatuor Dei evangelia corporaliter tacta, juramus [quod] predicti populi, homo vel femina, qui nunc in hoc castro sit vel fuerit, sive domum vel localem in hoc castro habeat aut non habeat, vel prostare de alio loco hic veniat, corpus suum per nos, nec per ullum nostrum amicum, neque pro nostro ingenio vel consilio non sit captum, nec vim faciamus, nec impetus infra predictos terminos.

III. Et si aliqua persona a nobis predictos terminos fregerit vel corruperit et emendare noluerit, nos, ad totum posse nostrum, ad utilitatem populi requiremus et petemus per illud sacramentum, quod factum habemus superius.

IV. Item si aliqua persona amparaverit in hoc castro predicto et non erat cognitus esse suus, et ille vel illa voluerit se placitare cum illo qui eum amparaverit, nos, domini huius castri, habebimus illum vel illam, sine omni eius missione et sine omni fiducia ; ad ius vero decem probi homines de Cohassa et alii decem de Barrio, per illos et per omnem populum Mirapiscis, fecerint missionem et expensam usque ad pacamentum judicis.

V. Tamen si forte ille vel illa, qui eum amparaverit et propter vim placitaverit illum vel illam qui amparatum habuerit, licentiam damus illi vel ille per unum mensem ut vendat omnia bona sua, et cum omnibus bonis suis salveducamus illum vel illam sex leucas in qua parte ire voluerit. Et si placitare noluerit, similiter unum mensem habeat vendendi omnia bona sua et eundi ubi voluerit,

et nos, ut superius dictum est, ducabimus eum vel eam sine omni suo inganno.

VI. Item nulla persona poterit aliam emere vel impetrare aut per domum accipere, nisi cum suo consilio aut voluntate sua.

VII. Preterea sciendum est quod omnes domini et milites castri huius, ut supra nominati sumus, tale statum et stabilimentum, per nos et per omnes nostros successores et per omnem nostram familiam in perpetuum valiturum, facimus, laudamus et concedimus omnibus hominibus huius castri, presentibus et futuris, ut nullus nostrum, nec alius homo, nec domina huius castri aliquem hominem, nec feminam de suis non capiat in infrascriptos terminos vel extra castrum, licet certum sit ipsum vel ipsam esse suum hominem, si ille suus homo, licet certum sit quod suus sit, exierit huius castri suis negociis et ipsum vel ipsam precibus et mandato vel suasionibus domini extra terminos exierit vel expediendis negociis domini sui vel alio modo.

VIII. Item statuimus nos observaturos quod nullum de nostris hominibus capiamus, etiam indubitandum si precibus vel monitis vel mandato alicuius de femina nostra vel alterius cogniti nuncii nostri predictos terminos huius castri qualicumque modo exierit. Et si aliquis homo huius castelli suum hominem vel feminam, ut suus sit vel non sit, ceperit extra terminos predictos huius castri, vel alius homo ipsum vel ipsam ceperit consilio vel voluntate domini, perinde vindicta sumi debet de domino, cuius precibus vel monitis vel suasionibus vel mandato alicuius de familia eius sive nuncii eius cogniti, licet non sit de familia eius, sicut infra terminos huius castri ipsum vel ipsam ipse dominus cepisset. Idem per omnia statutum est de domina que homines habet vel non habet in hoc castro.

IX. Hec omnia, ut predicta sunt, promittimus nos et successores nostros in perpetuum observaturos. Et inviolabiliter statuimus, et communi consensu militum et aliorum proborum hominum huius castri, ut, si aliquis nostrum vel nostrorum successorum predicta statuta et stabilimenta, ob tuitionem et melioramentum, habeat tranquillitatem huius castri, promulgata corruperit vel fregerit in totum vel in partem, scienter vel ignoranter, et requisitus a nobis noluerit

illud emendare vel maliciose distulerit, pro traditore, ut fuit Iudas, habeatur, ita quod non defendat in placitum vel extra, verbo vel armis, nec in curiam vel extra, donec supradictum reatum, consilio militum et proborum hominum huius castri, digna expiaret satisfactione.

X. Item damus omni populo predicto, presenti et futuro, iure perfecte donationis, omnia adempriva in nostris nemoribus et in nostris pascuis et in nostris aquis, tantum quantum ad dominationem huius castri pertinet, ad habendum et possidendum et explectandum.

XI. Adhuc damus predicto populo huius castri, presenti et futuro, exceptis hominibus cognitis, liberam disponendi omnes res vestras, mobiles et immobiles, prout vobis placuerit, facultatem et licentiam ; ita quod nos, nec successores nostri, ab intestato vel ex testamento, aliquam querimoniam, vel aliquod impedimentum vobis vel in rebus vestris facere possimus vel importare, set sicuti homo, vel genus, vel cives, omnia que libero homini licita sunt in vita vel in morte, facere possitis vel arbitrio vestro ordinare.

XII. Et si aliquis intestatus decesserit, revertantur omnia bona sua, mobilia et immobilia, propinquissimo parenti, tamen salvo iure nostro, scilicet foriscapium de hereditate, et dandi et relinquendi similiter.

XIII. Ut autem huius modi statuta et consuetudines in hoc presenti instrumento, [que] cum consilio nostro conscripta facimus, absque omni nube doli in posterum observentur, dominum Raimundum Rogerii, comitem Fuxi, et eius filium, Rogerium Bernardi, rogavimus ut pro nobis supra notatis auctores et fideiussores et guirentes sint et maneant omnibus aliis hominibus huius castri, presentibus et futuris.

XIV. Et rogaverunt dominum comitem Fuxi, supradictum, et eius filium, Rogerium Bernardi, omnes domini et milites castri, ut pro quolibet eorum omnibus aliis dominis et militibus huius castri de Mirapisce, vicissim fideiussorem faciant ac firmam securitatem promittant ut nullus homo huius castri predicta statuta abroget in totum vel in partem, vel in fraudem predictorum statutorum aliquam malitiam committant. Et hoc ius et hanc potestatem omnes domini castri et milites domino Raimundo Rogerii, et eius filio

Rogerio Bernardi, dederunt et concesserunt super se et successores suos, in omni evo valiturum, ut, si quas impensas in guerra vel in placito fecerint contra illum qui statuta presenti carta inserta violaverit et corruperit et se emendare noluerit, de rebus violatoris impensas factas reciperent. Et hoc obligaverunt sibi omnes res que habent vel in futurum sunt habituri, si predicta conditio transgrediendi statuta presenti carta conscripta, quod Deus evertat, evenerit et impensas fecerint.

Ratification par le comte de Foix.

Preterea sciendum est quod ego, Raimundus Rogerii, comes Fuxi, et ego, Rogerius Bernardi, eius filius, nos ambo insimul, precibus et dominorum omnium mandatis et militum huius castri Mirapiscis, constituamus nos fideiussores et mandatores et defensores cum populo huius castri, presenti atque futuro, ut omnia predicta stabilimenta, sicut melius in ista carta scripta sunt, in perpetuum observemus et teneamus ad omne commodum et honorem nostrum et dominorum, et a quocumque violari non permittamus pro posse nostro, et quod violatores, si qui forte fuerint, debitas penas, dignam ultionem, prout melius poterimus et huic castro expedire noverimus, exerceamus et nemini parcamus.

Et omnia statuta, ut supra scripta sunt, ob favorem et utilitatem hominum huius castri, futurorum et presentium, iuramento corporaliter prestito super sancta quatuor Dei evangelia, promittimus inviolabiliter et in perpetuum nos observaturos et fideliter facturos, ita ut superius presens carta docet et exponit.

Nos omnes predicti, per illud sacramentum, quod omni predicto populo Mirapiscis ante ecclesiam factum habemus, omnibus diebus vite nostre, nos et nostri successores, sic totum servabimus et custodiemus ad honorem et utilitatem totius predicti populi, qui nunc est in hoc castro et de cetero de alio venturus est et nasciturus, et omni eorum posteritati, et sine omni inganno et sine omni fraude, et absque omni dolo.

Huius rei sunt testes Raimundus de Calavo, et Raimundus de Castelo, et Petrus Barba, et Arnaudus Barba, et filius eius Arnaudus, et Arnaudus de Sancto Martino, et Vitalis Bonipueris, et Arnaudus

Bedocii, et Bernardus de Berga, et Poncius Magister, et filius eius, Petrus, et Poncius Barba, et Amelius Aurus, et Guiraudus de Vernhola, et Guillelmus de Adalo, et Bernardus Fabri, et Martinus de de Varilhis, et Petrus Barba, minor, et Poncius Aurus, et Guillelmus Bastard, et Bernardus Audivini, et Arnaudus de Garmasia, et Petrus Donadei, et Petrus Roqua, et Poncius de Na Coloma, et Guillelmus Poncius, et Bernadus Vitalis, et Petrus Faber, et Guillelmus den Batala, et Guillelmus Poncius de la Garriga, et Guillelmus Medicus, et Arnaudus Rozaudus, et Arnaudus Vigoros, et Arnaudus de Abeleriis, et Bernardus Roqua, et Poncius Lebrater, et Bonafadis, et Arnaudus Sutor, et Arnaudus Mascaro, et Rogerius Aurus, et Petrus Ramundus Rubei, et Guillelmus de Sancto Iuliano, et Raimundus Arnaudus, et frater eius, Petrus.

Jussu omnium predictorum, Carbonellus de Alsono, notarius publicus Mirapiscis, hoc scripsit kalendas XIII iunii.

Hoc est translatum dicti instrumenti in hoc libro scriptum per me Guillelmum Helye, publicum notarium Mirapiscis.

Non ista carta, set alia de qua magister Martinus traxit istam, videntibus Stephano, baiulo, et magistro Pagano, et Raimundo Audivino, notario Mirapiscis, et Petro Audivino, et Poncio Lebrater, et Aycelino Barba, et Guillelmo de Sancto Iuliano, et Petro den Batala, et Guillelmo Fabri de Pesadicio, et Ramundo Rogerii Madeler, et Poncio de Rascos, et Petro Floquer, et Raimundo Aurus, et Guillelmo de Berga; et los cossols qui erant en aquel temps : Arnaud Escobilon, et Ponz Fabre, et Petrus del Forn, et Raimundus Porta, et tot le cominal de Mirapeys, in ecclesia Sancti Mauricii confirmata.

Hoc instrumentum seu translatum fuit redditum Petro Terrene, carnifice, et habet instrumentum de quo fuit translatum.

Cette charte a été reproduite par Dom Vaissète dans l'Histoire du Languedoc (édit. orig. t. III, c. 207. N° LXXXV), *d'après un texte très défectueux. La version de notre cartulaire, quoique fautive et peu intelligible en certains passages, est meilleure. Dans la nouvelle édition de l'Hist. du Languedoc* (Privat. t. VIII, c. 541-552. N° 136), *M. Molinier a fait usage du texte du cartulaire et, en note, a donné une interprétation de l'acte en langue romaine, faite, à en juger par l'écriture, au commencement du XV^e^ siècle.*

Le cahier, où se trouve l'interprétation, est malheureusement déchiré en plusieurs endroits ; il est conservé aux archives du château de Lévis (fonds du paréage de Mirepoix).

II. — *Enquête faite, à la demande des consuls de Pamiers, par le châtelain de Mirepoix, le baile, le juge tenant la cour du maréchal* (1) *et par les consuls de la ville de Mirepoix, sur la manière dont la leude avait été levée, à Mirepoix, au temps passé et devait l'être à l'avenir.* (Pièce 21 du Cartulaire).

23 Janvier 1245 (1246, *n.s.*)

In Dei nomine. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, rege Ludovico regnante, universis hec audientibus sit manifestum quod nos, scilicet : dominus Stephanus, miles, castellanus Mirapiscis, et Stephanus, baiulus Mirapiscis, et magister Paganus, iudex eiusdem curie, tenentes locum domini marescalli, et Bernardus Audivini, et Raimundus de Solerio, et Iohannes Quairolli, et Guillelmus de Faris, consules Mirapiscis, cum consilio et assensu domini marescalli, ad petitionem et ad supplicationem consulum Appamiarum, facimus inquisitionem qualiter leuda et pedagia et talonea, in retroactis temporibus, in villa Mirapiscis sumpta sint et soluta. Unde facta inquisitione tam super nuper sumptis quam in futurum sumendis, deliberato consilio, formam et modum sumendi pedagia et leudas et taloneas constituimus subsequentes, videlicet :

Pro singulis trossellis (2) omnium pannorum, cuiuscumque sint forme, unus detur denarius tolasanus.

Et de sarcinata bladi, unus denarius tolosanus.

Et de singulis oneribus pannorum unius hominis, cuiuscumque forme sint, unus obolus.

Et de singulis bobus, unus denarius.

Et de singulis asinis, unus denarius.

Et de singulis saccis, unus obolus.

Et de singulis asinabus, unus obolus.

(1) Par *Maréchal* il faut entendre le seigneur de Mirepoix, parce que Guy de Lévis avait été maréchal de l'armée de Simon de Montfort pendant la croisade contre les Albigeois.

(2) *Trossellus,* petite charge.

Et de singulis equis et mulis in transitu, unus denarius, et si vendantur, quatuor denarii.

Et de singulis porcis et trogiis (1) in transitu, unus obolus.

Et de singulis ovibus et capris in transitu, unum quadrantem.

Et de singulis flatis lini (2) in transitu, unus obolus, et si vendantur in villa, de singulis flatis lini, duo cers (3) de lino, et de triginta cers inferius, nichil.

Et de singulis sarcinis salis, unus denarius et una copa salis.

Et de singulis sarcinis olei, quatuor denarii, vel de quoque sextario, unus denarius.

Et de singulis sarcinis piperis vel cere vel specierum (4), novem denarii, vel de singulis quintalis, tres denarii tolosani.

Et de singulis sarcinis ficuum, quatuor denarii.

Vel de singulis esporlis (5), unus denarius.

Et de singulis sarcinis comini (6), quatuor denarii, vel de quolibet quintalo, unus denarius.

Et de singulis sarcinis de cordam (7), quatuor denarii, vel de singulis honeribus unius hominis, unus denarius.

Et de coyram (8) silvestri et de singulis sarcinis, novem denarii, vel de singulis oneribus unius hominis, tres denarii, si fert pensum quintali ; si vero portat [pensum] medii quintali, tres obolos.

Et de singulis scoriis (9) cervi et cervie, unus obolus.

Et sic de bovorum *[sic]*, vaccarum, et asinorum, et equorum et iumentorum scoriis.

Et de singulis duodenis pellium aretinarum (10) et caprarum, unus obolus.

(1) *Trogia*, truie.

(2) *Flatum*, ce mot n'est pas dans Ducange ; il y a sans doute erreur de transcription ; il faudrait *fascibus* paquet, à moins que ce ne soit *floccis*, traduction latine du mot roman *floc*, paquet, tas.

(3) *Cers*, ce mot, de forme romane, ne se trouve pas dans les dictionnaires.

(4) *Species*, épiceries, épices.

(5) *Esporle* pour *Sporle*, corbeilles, paniers.

(6) *Cominum*, cumin, plante aromatique.

(7) *Cordam*, cuir de chèvre préparé à la mode de Cordoue.

(8) *Coyram*, cuir. Nous ignorons ce que peut être le *coyram silvestris*.

(9) *Scorie*, dépouilles, peaux non tannées.

(10) *Pelles aretine*, peaux de béliers.

Et de singulis sarcinis pellarum *[sic]* (1) agnorum, sex denarii, vel de oneribus unius hominis, duo denarii.

Et de singulis sarcinatis sive sarcinis rodori (2) in transitu, unus denarius.

Et de singulis quartaironis piscium salsitorum (3), unus piscis, et de recentibus, nichil.

Et de singulis sarcinis pellarum hedorum, tres denarii, vel de singulis oneribus unius hominis, unus denarius.

Et de singulis sarcinis ceparum et allorum, unus denarius, vel de singulis oneribus unius hominis, unum quadrantem.

Et de singulis quintalis cepi (4) et sagini (5) et ferri, unus denarius.

Et de singulis sarcinis hastarum (6) aptarum, quatuor denarii, vel quandam astam lexta (7) ipsius cuius dicte aste sunt.

Et de singulis sarcinis de taitarz (8), duo denarii.

Et de singulis sarcinis cemalarum (9), unus denarius.

Et de singulis meiis (10), unum quadrantem.

Et de singulis vaisshellis, unus denarius.

Et de singulis quintalis lane, unus denarius.

Et de singulis sarcinis falcium et de poradoris (11) in transitu, sex denarii, vel de oneribus unius hominis, debet dare ad mensuram illius quod fert.

Et de florenionis (12) et caseis et cornuum et picis (13) et plume, nichil.

Hec omnia predicta, ex parte nostra et consulum Mirapiscis et consulum Appamiarum, de cetero volumus firmiter observari.

(1) *Pellarum* pour *pellium*.
(2) *Rodorus*, rodoul, plante tinctoriale.
(3) *Salsitorum*, salés : *recentibus*, frais.
(4) *Cepum*, suif. *Cepa*, oignon.
(5) *Saginum*, saindoux.
(6) *Hasta*, broche.
(7) *Lexta*, il faut sans doute *lectam*, ce qui signifierait une broche au choix du marchand.
(8) *Taitarz*, mot incompréhensible, sans doute par erreur de transcription.
(9) *Cemela*, cemale, mot roman pour désigner une cuve.
(10) *Meia*, maie, pétrin.
(11) *Poradora*, mot inconnu, ou rendu incompréhensible par suite de la transcription.
(12) *Florenionis*, mot inconnu ou mal transcrit.
(13) *Pix, picis*, poix.

Actum est hoc decimo kalendas februarii, feria tertia, assistentibus vocatis testibus Bernardo Teulerio, et Donadeu, et Raimundo Morruto, et Bernardo den Arnaud, et Guillelmo de Sancto Iuliano, et Guillelmo Poncii, et Guillelmo Poncii, et Guillelmo Curati, et Petro de Faris, et Guillelmo Audivini, notario publico Mirapiscis qui, iussu omnium predictorum, istam cartam scripsit.

Hoc est transcriptum dicte carte in hoc libro scriptum per me Guillelmum Helie, notarium Mirapiscis publicum, de verbo ad verbum, prout superius continetur.

Voir plus loin, n° 22 du cartulaire, le tarif de la leude en langue romane établi par le seigneur.

III. *Transaction passée entre le curé de Mirepoix et les consuls de la ville au sujet d'un droit de sépulture à percevoir pour toutes les femmes mourant à Mirepoix.* (Pièce 7 du Cartulaire).

22 Janvier 1267 (1268, *n. s.*).

Pateat universis presentibus et futuris quod, cum questio seu controversia verteretur vel verti speraretur inter dominum Iohannem de Burgo, rectorem ecclesie Mirapiscis, nomine suo et ecclesie antedicte, ex una parte, super eo quod, ratione iuris eiusdem ecclesie, ut dicebat, debebat habere ab omnibus mulieribus de parrochia sua decedentibus, habentibus quedam indumenta que vocantur vulgariter *gardacors* (1) et tunicam, quodcumque vellet, et consules dicte ville seu castri Mirapiscis, scilicet Raimundum Batala (2), Petrum de Salviaco, et Arnaldum Fabri de Maseto, nomine suo et universitatis dicte ville ex altera, contrarium asserentes, tandem, pro bono pacis et concordie, fuit a predictis partibus pro se et successoribus suis universis in Guillelmum Audivini, et in magistrum Isarni, et in Sicardum Audivini, tanquam in arbitros arbitratores seu amicabiles compositores, compromissum super questione seu controversia predicta et omnibus aliis questionibus sive controversiis, que, ratione indumentorum seu vestium quarumcumque mulierum defunctarum, inter eos vertebantur vel verti poterant ullo modo, ita videlicet quod quicquid predicti arbitri seu arbitratores de predictis questionibus, seu controversiis simul vel duo eorum concorditer, altero discordante, dixerint, iudicaverint, ordinaverint seu statuerint, iuris ordine servato vel non servato, in totum vel in partem stando vel sedendo quacumque hora, loco vel die, in scriptis vel sine scriptis, partibus presentibus vel altera absente, eedem partes promiserunt scilicet : predictus rector pro se et suis successoribus universis, et dicti consules pro se et universitate predicte ville, presenti et futura, in perpetuum observare et nunquam in parte vel in toto contravenire, sub pena decem librarum

(1) *Gardacors,* justaucorps. *Brizaudus* ou *blisaudus,* vêtement plus ample que le *gardacors. Pelicia,* fourrure, et, par extension, manteau épais, pelisse.

(2) C'est le nominatif et non l'accusatif qu'il faudrait, et *assererent* au lieu d'*asserentes*.

turonensium ad invicem stipulata sollempniter et promissa, danda et solvenda a parte inhobediente parti hobedienti, dicto seu ordinationi vel pronuntiacioni a dictis arbitris seu arbitratoribus super premissis questionibus promulgandis ; hoc acto expresse quod, ea pena exacta et soluta, eorum sententia seu pronuntiatio nichilominus obtineat roboris firmitatem.

Promisit etiam dictus rector se facturum et curaturum ut eius superior, scilicet dominus episcopus, vel suus vicarius vel suus officialis Appamiensis (1) suam auctoritatem et assensum huic compromisso et dicto arbitrario ex inde subsequendo, cum patentibus litteris suis sigillo eorum seu eorum altero sigillatis, prestabunt et ea omnia ratificabunt ad habendam perpetuam firmitatem.

Auctoritate cuius compromissi omnes prenominati arbitri seu arbitratores, deliberato consilio, antedicte questioni finem debitum imponere cupientes et partes easdem ad concordiam reducere volentes, de predicta questione seu questionibus aut controversiis ordinaverunt in hunc modum.

Dicentes et statuentes quod predictus rector et sui successores universi in ecclesia antedicta in perpetuum habeant et percipiant, sine omni contradictione, in pace, ab heredibus seu successoribus vel ab illis qui res tenebunt omnium et singularum mulierum decedentium in parrochia antedicta, videlicet meliorem tunicam, si duas vel plures habuerit tunicas. Si tunicam vel tunicas non habuerit et habuerit brizaudum et pelliciam, habeat meliorem. Item si non habuerit utrumque, habeat predictus rector quod habuerit, scilicet pelliciam vel brizaudum ; et si neutrum predictarum vestium habuerit et habuerit *gardacors,* habeat predictus rector illud, et si plures habuerit, habeat meliorem. Si vero omnia predicta indumenta habuerit, scilicet tunicam, brizaudum, pelliciam, vel alterum eorum, et sint vilia taliter quod non esset eis honor indui inter vicinos faciendo communia opera sua, habito respectu ad genus et divitias, tunc predic-

(1) En 1268, les évêchés de Pamiers et de Mirepoix n'étaient pas encore créés ; ils le furent seulement l'un en 1297, l'autre en 1317. Il y a donc une erreur du copiste qui, au moment où il procédait à la transcription de l'acte, songeait à l'évêque du diocèse qui en ce moment était celui de Pamiers, car avant d'être le siège d'un évêché, Mirepoix fut rattaché à Pamiers de 1297 à 1317. La copie semblerait avoir été faite entre ces deux dates.

tus rector et sui successores habeant le *gardacors* vel duos solidos tolosanos, optione heredi defuncte vel successori relicta. Si vero habuerit predicta indumenta vilia et non habuerit *gardacors*, habeat meliorem de vilibus quibus, ut dictum est, non esset honor inter vicinos uti. Si vero habuerit brizaudum vel brizaudos, tunicam vel tunicas, pelliciam vel pellicias, habeat dictus rector meliorem.

Item mandaverunt domino Iohanni predicto quod habeat et deferat litteras confirmationis, et omnia predicta ac eorum singula mandaverunt a dictis partibus in perpetuum teneri, observari et nunquam contravenire, sub vigore compromissi et sub pena in eo contenta. Retinuerunt siquidem dicti arbitri quod, si aliquid de predictis obscurum vel dubium esset seu appareret, quod illud possent semel et pluries declarare et interpretari, quocumque et quocienscumque eis videbitur faciendum.

Quod dictum, ordinationem et mandatum ac omnia predicta dictus rector, et dicti consules viva voce approbaverunt, promittentes non contravenire per se vel interpositam personam, in solidum vel in partem.

Acta fuerunt hec undecimo kalendas februarii, anno Christi incarnationis millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, regnante rege Ludovico. Horum omnium sunt testes : dominus Bernardus Raimundi, presbiter, dominus Raimundus Gamicii, presbiter, dominus Guillelmus Cerdani, presbiter, Vitalis de Turre, presbiter, Petrus Salvati, clericus, Raimundus Fabri, ferrator, Guillelmus Martini, mercator, Arnaldus de Corneliano. Et ego, Guillelmus de Peris, notarius publicus domini Marescalli qui, de mandato dictorum arbitrorum, cartam istam scripsi et, ego, Guillelmus Audivini, subscribo.

Hoc siquidem est dicti instrumenti transcriptum per me Guillelmum Helye, notarium publicum Mirapiscis, in hoc libro scriptum, prout superius continetur.

IV. *A la suite de troubles survenus à Mirepoix contre l'autorité seigneuriale, et grâce à l'intervention du sénéchal de Carcassonne, le seigneur Guy de Lévis fait un accord avec les habitants, ratifie les propositions qui lui sont faites de la part de ceux-ci et concède divers privilèges complétant les anciennes coutumes.* (Pièce 10 du Cartulaire).

5 Janvier 1273 (1274, *n. s.*).

In Dei nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo septuagesimo tertio, Philippo, rege Francorum, regnante, cum, humani generis inimico (1) zizaniam discordie seminante, maxime inter illos quos bonum concordie sibi facit ex debito complacere, inter nobilem virum dominum Guidonem de Levis, dominum Mirapiscis, et homines Mirapiscis, voluntati discordie fuisset subortum, et ipsos homines induxisset ad multa illicita, ut dicitur, committenda contra ipsum dominum Guidonem, dominum Mirapiscis predictum, ex quibus curia predicti domini ad inquisitiones processerat, et multe pene inferende ipsis hominibus merito timerentur, et super illa discordia ad bonum concordie reducenda tractatus plurimi fuissent habiti per diversos, et novissime dominus Gaufredus de Varanis, miles, et dominus Raimundus de Rippa Alta, legum doctor, tenens locum domini Iohannis de Cultura, militis, senescalli Carcassone et Biterris, interponerent partes suas, noverint universi quod, universitate hominum Mirapiscis vocata per vocem preconis, et tribus partibus eiusdem, secundum communem extimationem, congregatis et presentibus apud Mirapiscem in grangia dicti domini Guidonis, verbo proposito, inter eos omnes deliberato consilio, sponte sua, voluntati dicti domini Guidonis se unanimiter supponentes super omnibus capitulis, que iidem homines in modum querimonie proposuerunt contra ipsum dominum Guidonem predictum, necnon et super omnibus que contra ipsum dominum commisisse dicebantur, comminando, congregando, scindicos

(1) Il s'agit de l'*inimicus generis humani*.

constituendo auctoritate propria, irrequisita domini Guidonis predicti licencia vel obtenta, vel non obediendo preceptis vel inhibitionibus domini Guidonis predicti vel curialium suorum, vel contempnendo preconisationes et edicta et penas eisdem indictas, vel alio quoquo modo ab anno citra temporibus quibuscumque, promiserunt domino Arnulpho de Bordis, militi, seneschallo dicti domini Guidonis, stipulanti et recipienti pro ipso domino Guidone, stare et inviolabiliter obedire voluntati eiusdem domini Guidonis, quam ipse in predictis hominibus et singulis duxerit exponendam, ita quod voluntas eiusdem, quocumque modo expressa, in predictis vel aliquibus ex ipsis robur rei obtineat iudicate, nullis juris remediis in dubium revocandis.

Renunciantes eisdem beneficiis, pactum specialiter facientes de eis nullatenus opponendis, fuit actum specialiter et expresse quod, si forte contingeret aliquos de dicta universitate ad aliorum locorum domicilia se transferre, contra eos et eorum bona remaneant iura salva dicto domino Guidoni in omnibus suprascriptis, super quibus sit voluntas, suppositio suprascripta, ita quod ex predictis vel eis que ex ipsis subsequentur nullum fiat vel fieri videatur preiudicium iuri dicti domini Guidonis. Immo ipse dominus Guido et curiales eius possint contra eos procedere, inquirendo, capiendo, incarcerando, condempnando, condempnationes exsequendo, perinde ac si nichil de predictis vel illis que sequentur ex eis fuisset dictatum, factum vel etiam cogitatum. Predicta omnia, ut sunt scripta, predicti homines omnes et singuli, sub obligatione omnium bonorum suorum, se tenere et per omnia adimplere promiserunt prefato domino Arnulpho, stipulanti et recipienti pro se et prefato domino Guidone, et per eum ipso domino antedicto.

Acta fuerunt hec in dicta grangia, in presentia et testimonio dominorum Amalrici Milet, Bertrandi de Romengos, Girardi de Puiollis, Arnaudi de Lordato, Iohannis de Ripparia, militum, et magistri Iohannis de Berga, et magistri Isarni Montanerii, Raimundi Rainaldi, clerici, Tartarini de Malorazio, Petri de Sarnayo, baiuli Mirapiscis, Bernardi Amati, notarii Carcassone. Et ego, Guillelmus Audivini, notarius publicus Mirapiscis, iussu predictorum, istam cartam scripsi et in publicam formam redegi die, anno quibus supra.

Post hec vero, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo tercio, nonas ianuarii, noverint universi presentes et futuri quod nobilis dominus Guido de Levis, marescallus Albegesii et dominus Mirapiscis, gratis et spontanea voluntate, pro se et heredibus suis, presentibus et futuris, donavit et concessit in perpetuum populo et universitati hominum ville Mirapiscis, presentibus et futuris, habendum, tenendum et possidendum et explectandum ad usum proprium, sine omni contradictione ipsius nobilis et cuiuscumque persone predicto nobili subiecte, hec omnia que sequentur.

I. Predictus vero nobilis dominus Guido donavit et concessit predictis populo et universitati hominum Mirapiscis predictorum in perpetuum, ut superius est dictum, pascua sibi sufficientia et fustam ad edificia propria facienda, ad vasa, circulos et alia sibi necessaria, prout eis fuerint assignata ; nec possint donare, vendere vel extra donationem suam portare.

II. Et quod etiam possint piscari, prout tempore suo patris et avi consuerunt, et quod possint colligere vivementa sine lesione paxeriarum, et etiam venari lepores, taxones (1), luposque, extra forestas, defensas et garanas, et perdices cum canibus, avibus, arcubus et balistis.

III. Item super capitulo quod dicit quod possit homo retinere possessiones, videlicet se transferendo ad aliud domicilium, vult et concedit quod statutum Appamiarum observetur.

IV. Item concessit et donavit quod non apponatur que de novo apponitur in laudimio.

V. Item concessit quod nullus possit indicere mulctas, nisi qui habent iuridictionem, videlicet ipse dominus, senescallus suus, iudex, baiulus, et eorum loca tenentes, et quod indicte vel comminate non leventur donec fuerint iudicate, et in iudicando servetur quantitas lege comprehensa, nisi qualitas facti aliud suaderet.

VI. Item concessit quod possessiones, quas vendere voluerint, non retineantur pro vendendo aliis incontinenti.

VII. Item concessit quod eligant idoneos messegarios, presentandos domino vel eius baiulo qui eorum recipiat iuramenta, et

(1) *Taxo,* blaireau, en dialecte languedocien *taichou.*

habeat dominus medietatem banni, et messegarii aliam medietatem, prout habere hacthenus consuevit. Et si dubitetur utrum bannum fuerit commissum, stetur cognitioni baiuli et iudicatorum (1) banni per baiulum constitutorum, nec ipse dominus possit vendere bannum, nec partem suam.

VIII. Item concessit quod iudex, baiulus, notarius, et servientes domino, sine mercede annua et conventa, sint liberi a collecta, et non alii, nisi de iure possint se excusare.

IX. Item concessit quod in capiendo homines stetur iuri et statui domini Regis.

X. Item quod, cum teneantur de iure facere et reficere pontes, instruere et reficere ecclesias, vias et fontes, stetur iuri vel compositioni facte per dominum Iohannem Vasconem et magistrum Raimundum Davi.

XI. Item concessit quod possint eligere consules idoneos, presentandos baiulo domini, qui eorum recipiat iuramenta, prout in litteris sibi concessis super eo olim ab ipso domino est concessum.

XII. Item concessit quod nulli liceat colligere herbas in vineis, nisi de voluntate et licencia possessoris.

Predictus vero nobilis vir dominus Guido de Levis retenuit sibi in perpetuum et heredibus omnia alia capitula, que dictus populus proposuerat et petierat, eisdem perpetuum silencium imponendo.

Huius rei sunt testes dominus Gaufredus de Varanis, dominus Guillelmus de Arsicio, dominus Iohannes de Ripparia, dominus Guillelmus de Gornasio, dominus Bertrandus de Romengos, dominus Amalricus Milet, et dominus Iohannes, capellanus Mirapiscis ; et ego, Guillelmus Audivini, notarius publicus Mirapiscis qui, [Guidonis] iussu predicti nobilis, istam cartam scripsi die et anno quo supra, in ecclesia Mirapiscis populo ibidem congregato pro maiori parte.

Hoc est transcriptum dicti instrumenti in hoc libro scriptum et positum per me Guillelmum Helye, notarium ville Mirapiscis publicum, prout superius est insertum.

Cette charte complète la pièce I de 1207 relative aux coutumes de la ville.

(1) A côté se trouve le mot *iuratorum*, qui est indiqué comme nul.

V. — *Concession de 100 séterées de terre au bois de Plénefage, faite par Guy de Lévis, seigneur de Mirepoix, aux habitants de ce lieu, pour y bâtir une nouvelle ville, l'ancienne ayant été ruinée par une inondation de l'Hers.* (Pièce 9 du Cartulaire).

27-28 Juin 1289.

Anno Christi incarnationis millesimo ducentesimo octuagesimo nono, rege Philippo Francorum regnante, quinto kalendas iulii, noverint universi, presentes pariter et futuri, quod Bernadus de Berga, Guillelmus de Farisio, Raimundus Granelli, Guillelmus Iaufrii, consules ville Mirapiscis, et eorum consiliarii et iurati, videlicet dominus Guillelmus Audivini, Sicardus Audivini, magister Iohannes de Berga, Petrus Barba, Arnaldus Terrena, Spinosus Audivini, Arnaldus Peyssho, Deulesal, Philippus Iuliani, Andreas Deulesal, Raimundus Malolli, Micahel Maria, Raimundus Fabri, ferrator, Petrus Rogerii, carnifex, Poncius Faber, comparuerunt coram nobili viro Guidone de Levis, domino Mirapiscis, et predicti consules, volentibus et consentientibus predictis consiliariis et iuratis, quandam supplicationem tradiderunt domino supradicto. Cuius supplicationis tenor noscitur esse talis :

Requête des Consuls au seigneur.

Nobilitati vestre, domine Guido de Levis, domine Mirapiscis, humiliter significant consules ville Mirapiscis, pro se et tota universitate dicte ville :

I. Quod, propter nimiam inundationem aquarum, que nuper contigit (1), villa Mirapiscis est destructa et desolata, domus dirute, maior pars hominum submersa, bona eorum amissa, et villa facta inhabitabilis in futurum.

(1) Le désastre eut lieu en 1278. La ville détruite était sur la rive droite de l'Hers au bas de la colline où s'élève le château seigneurial. La ville nouvelle fut transportée sur la rive gauche, sur laquelle s'étend la forêt de Plénefage, presque disparue aujourd'hui.

II. Et quod homines superstites non possunt ibi remanere, nisi eis, ad villam construendam de novo, locus securus alibi assignetur, offerentes quod ipsi, nomine dicte universitatis, sunt parati tradere vobis centum sexteriatas de terris suis, que tenentur a vobis, in loco qui est inter cimiterium dicte ville et nemus Planefaie, ubi possitis construere dictam villam. Quem locum idoneum reputant et securum, supplicantes quod, in dicto loco vobis tradendo, dignemini dictam villam construere et cuilibet habitatori unum locale sex brachiarum in latudine et duodecim in longitudine assignare, et donare ad acapitum decem solidos turonensium solvendos in quatuor annis proximis, et ad servicium duodecim denarios turonensium annuatim solvendum vobis et successoribus vestris in festo Omnium Sanctorum. Et quod si aliqui pluribus localibus indigeant, quod concedantur eis ad predictum acapitum et servicium alia localia assignanda.

III. Et requirimus quod recipiatis in nemore Planefaie tot ortos sex brachiarum in latudine et decem et octo in longitudine, quot localia domorum sex brachiarum in latitudine et duodecim in longitudine poterunt esse in dictis centum sexteriatis terre, et non plures assignandos illis qui localia habuerint in dicta villa et qui pro tempore habitatores fuerint dicte ville.

IV. Et supplicant et requirunt quod detis quemlibet ortum predicte quantitatis pro sex denariis turonensium de acapito et pro sex denariis turonensium de servicio annuatim solvendo [ab] habitatoribus ville ; et quod nulli alii assignentur, nisi locale habuerit vel habitator fuerit dicte ville.

VI. Supplicant etiam et requirunt quod de quolibet habitatore ignem faciente dicte ville Mirapiscis annuatim duos solidos turonensium, nomine quiste, recipiatis, et quod, solvendo dictos duos solidos turonensium in festo Omnium Sanctorum, sint immunes et liberi a prestatione quiste sex viginti librarum turonensium, que annuatim consuevit dari et solvi vobis ab habitatoribus dicte ville in festo Omnium Sanctorum vel ante, cum, propter predictam calamitatem et miseriam, homines superstites non possint solvere quistam predictam sex viginti librarum turonensium.

VII. Et intelligunt unum ignem si sub una domo plures in uno lari unum ignem faciant et si unus in diversis locis ignem faciat, ita tamen quod quilibet pro se teneatur solvere dictos duos solidos et quod unus non sit pro alio obligatus.

VIII. Supplicant etiam et requirunt quod, ostenso et assignato loco sufficienti ad ortos faciendos in dicto nemore iuxta numerum localium domorum, quod residuum nemoris bozoletur (1) circumcirca, et quod nichil plus recipiatur pro ortis in posterum faciendis, et quod reducatur in nemus quod a vicinis est captum iniuste et extirpatum de nemore supradicto, et quod bozolatum conservetur usui dicte ville.

Et premissa supplicant et requirunt sibi concedi humiliter et devote. Qua supplicatione recepta, et deliberato super ea consilio, dictus dominus Mirapiscis respondit dictis consulibus et iuratis in hunc modum :

Concessions du seigneur.

I. Et nos, predictus Guido, dominus Mirapiscis, attendentes quod predicta significata sunt nobis et aliis manifesta, volentes dictis hominibus nostris graciam specialem facere, eis multum compacientes, predictam oblationem centum sexteriarum terre in predicto loco tradendarum et ortorum in dicto nemore assignandorum benigne recipimus.

II. Et facta traditione loci predicti ubi villa debeat construi, concedimus quod habitaroribus dicte ville, qui consuerunt ibi morari, assignetur locale domus sex brachiarum in latitudine et duodecim in longitudine, ad acapitum decem solidorum turonensium solvendorum in quatuor annis proximis, scilicet quarta pars de festo Omnium Sanctorum ad unum annum, et alia de anno in annum, quousque fuerit satisfactum, et ad servicium duodecim denariorum turonensium solvendorum annuatim nobis et successoribus nostris, qui domini fuerint dicte ville, in festo Omnium Sanctorum ; concedentes quod non possit augeri dictum servicium, nec acapitum hominibus supradictis.

(1) *Bozolare*, délimiter.

III. Et concedimus quod ortus sex brachiarum in latitudine et decem et octo in longitudine assignetur in dicto nemore habenti locale in dicta villa seu comoranti in dicta villa, volentes habere ad acapitum sex denarios turonensium et ad servicium sex denarios turonensium solvendos nobis et successoribus nostris, in dicta villa annuatim, in festo Omnium Sanctorum.

IV. Et premissa concedimus habitatoribus qui consuerunt morari in villa Mirapiscis et eorum heredibus.

V. Retinentes et conservantes nobis quod ab illis aliunde venientibus ad dictam villam, qui de novo venerint et localia domorum et ortorum receperint, possimus maius acapitum recipere, si nobis placuerit et expediens videatur.

VI. Nolentes quod homines terre nostre et feudatoriorum nostrorum Gallicorum (1) recipiantur, nisi de nostra licencia speciali.

VII. Volumus etiam et concedimus quod quilibet, qui locale habuerit seu ignem fecerit in dicta villa, [non] solvat (2), nomine quiste, sex viginti libras turonensium, que annuatim consuevit nobis solvi in festo Omnium Sanctorum vel ante ab habitatoribus dicte [ville], duos solidos turonensium tantum modo, in dicto festo, dicte nomine quiste.

VIII. Et intelligi volumus unum ignem si plures sub una domo insimul habitantes, ad unam mensam, in uno lari ignem faciant, vel si unus in villa et in boharia (3) vel alibi plures ignes faciat sibi et familie sue utiles et necessarios, quod unus ignis debeat reputari, et quod pro tali uno igne duo solidi sint solvendi, et quod a maiori summa, nomine dicte quiste seu tallie, sint totaliter liberi et immunes. Salvo tamen et retento nobis et heredibus nostris iuri-

(1) C'est-à-dire les gens venant des fiefs que les Lévis possédaient encore dans l'Ile-de-France, près de Montfort-l'Amaury, et dont ils étaient originaires.

(2) Il faut rétablir la négation omise par le scribe, et qui est nécessaire pour mettre cet article d'accord avec les articles suivants VIII, X, XI, en vertu desquels le seigneur fixe à deux sous tournois par an la redevance que devait payer seulement chaque habitant de Mirepoix et supprime, suivant leur demande, la quête montant à 120 livres tournois.

(3) *Boaria,* ferme, domaine rural.

dictionibus altis et bassis, donationibus et iuribus, in aliis casibus et nobis pertinentibus tam de iure quam usu et consuetudine.

IX. Et salvo et retento habitatoribus dicte ville, similiter tam in usibus et consuetudinibus, in omnibus aliis iure suo.

X. Volumus etiam quod heredes illorum qui in vita solverint dictos duos solidos turonensium, habitatores dicte ville, nomine dicte tallie seu quiste, solvant dictos duos solidos, sive sint clerici vel layci, [si] velint habere, parentum suorum qui solvebant duos solidos supradictos, bona.

XI. Et nolumus quod aliquis solvat nisi duos solidos, quotcumque hereditates sibi perveniant, ut solvent alii habitatores dicte ville ; et quod si una hereditas in plures ignes dividatur, quod pro quolibet igne duo solidi turonensium persolvantur.

XII. Volumus etiam et concedimus quod de nemore de Planafaia accipiantur tantummodo tot orti numero sex brachiarum in latitudine et decem et octo in longitudine, quot localia domorum sex brachiarum in latitudine et duodecim in longitudine. In dictis centum sexteriatis terre poterunt assignari assignandi dicti orti habentibus localia seu habitatoribus dicte ville, si velint habere, qui amodo sunt vel fuerint in futurum, et quod nulli possint alii assignari ; et quod plures orti, ultra predictum numerum, non possint accipi de nemore supradicto, volentes quod spacium designandum ad ortos sint in usu dicte ville, quousque orti fuerint assignati, vel si desierint esse orti, sint in usu predicto, quousque aliter fuerint assignati.

XIII. Volumus etiam quod, designata dicta quantitate ortorum, residuum nemoris bozoletur et quod a vicinis inde iniuste stipartum est in nemus reducatur, et quod conservetur usui hominum dicte ville in pascendo et talliando et aliter, prout uti consuerint homines dicte ville.

XIV. Et predicta concedimus pro nobis et successoribus nostris, et habere volumus roboris firmitatem.

Acceptation par les consuls.

Qua responsione facta, predicti consules et iurati, multum regraciantes prefato domino, nomine suo et dicte universitatis, prefato

domino promiserunt, presenti et recipienti et stipulanti, se facturos et curaturos quod universitas dicte ville habebit grata rata et firma oblata, supplicata et requisita per consules supradictos, et responsionem domini supradicti, et quod eam approbabit et ratificabit universitas supra dicta. Et premissa promiserunt se facturos et curaturos se et sua etiam obligando.

Huius rei sunt testes frater Guido de Levis, ordinis Fratrum Minorum, filius dicti domini Guidonis, frater Vitalis de Pinhaco, dicti ordinis, dominus Arnulphus de Bordis, Iohannes de Sarnayo, Guillelmus Estandardi, milites, Iohannes de Levis, Bochardus de Levis, fratres, filii predicti nobilis, magister Guillelmus de Gozenchis, magister Iohannes de Roboribus (1), Enequinus, scutifer dicti nobilis, Sanabrunus, baiulus dicte ville de Mirapisce.

Ratification par l'assemblée des habitants.

Post hec, anno quo supra, quarto kalendas iulii (2), vocata universitate dicte ville per vocem preconis cum tuba, ut est moris, [fuerunt] congregrati homines Mirapiscis dicte universitatis in domo Fratrum Minorum, et lecta predicta supplicatione et responsione prefati domini et obligatione dictorum consulum et iuratorum, dicti homines dicte universitatis ratificaverunt et approbaverunt omnia supplicata et requisita per dictos consules et responsionem et concessionem predicti domini, et obligationem consulum et consiliariorum et iuratorum, volentes predicti homines dicte universitatis quod omnia supradicta teneantur et observentur et habeant roboris firmitatem. Et promiserunt omnia predicta tenere et complere et inviolabiliter observare sub bonorum suorum omnium ypotheca.

Nomina vero hominum dicte universitatis, qui predicta confirmaverunt, sunt hec : Bernardus de Falgos, magister Arnaudus Peyssho, Guillelmus Elye, notarius, Bernardus de Solano, Guillelmus Batala, Guillelmus Iordani, Arnaldus Terreni, Raimundus Iohannis, Iohannes Pelliparii, Stephanus Cantarelli, Guillelmus Raimundi, notarius, Petrus Peyssho, Guillelmus de Narbona, Bernardus de la Gasca,

(1) De Rouvres.

(2) Le 28 juin, lendemain de l'accord intervenu entre le seigneur et les consuls.

Hugo Terrene, Petrus Poncii, Petrus Ebrardi, Poncius Bastardi, Guillelmus de Alta Rippa, Raimundus Barravi, Poncius Soqueti, Petrus Gamiz, Raimundus de Ferrando, Stephanus de Na Dousa, Bernardus dictus Scobilo, Bernardus Martini, Vitalis de Fanoiovis, Arnaudus Salvage, Robinus Piscator, Guillelmus Berengarii, Poncius Dous, Guillelmus Porta, Poncius Baiuli, Poncius Garaudi, Iohannes de Sayssho, Petrus Sciniardi, Iohannes Faber de Spinoso, Raimundus de Podio, Matheus Martini, Bernardus de Mirapisce, Petrus de Eucio, Bernardus de Cocio, Godofredus Tonelerius, Raimundus Martini, Iacobus de Beceto, Martinus Amelii, Raimundus Curati, Bernardus Faber de Sancta Eulalia, Hegidius de Monte Securo, Guillelmus Gauterii, Egidius Disquerii, Iohannes Doays, Guillelmus Faber, filius quondam Bernardi Fabri, Robinus de Guillelmo Bernardi, Raimundus Guitardi, Guillelmus Stephani, Guillelmus de Pererio, Raimundus de Na Ricard, Arnaudus de Aqua, Bernardus Borelli, Gauterius, Arnaudus Vigoros, Guillelmus Vigoros, Guillelmus Alboyni, Arnaudus Magistri, Poncius de Podio, Raynaldus de Bosco, Petrus de Fouent, Iohannes Bergonho, Huguetus Bergonho, Picardus de Romengos, Rogerius Faber, Huguetus Clericus, Petrus Bayni, Petrus Rosselli, Andreas Sabaterii, Germanus Barravi, Guillelmus de Combis, Petrus Boherii, Raimundus Cerdani, Petrus de Villalonga, Guillelmus Perta, Ferrarius Catalani, Bernardus Sicardi, Arnoletus Basconius, Castellus, Raimundus Rozaldi, Guillelmus de Aragone, Poncius Martini, Guilbertus Anglicus, Arnaldus Carbonelli, Bartholomeus de Na Guiota, Colinus de Dordanno, Petrus Fogassa, Raimundus Fogassa, Petrus Tubicinatoris, Arnaldus Audivini, Iohannes de Narmersen, Guillelmus Blestehn, Berardus Augerii, Dyonisius Episcopus, Petrus Tubicinatoris, notarius, Raimundus Benedicti, Arnaldus Donadei, Rogerius Martini, Petrus de Quayrano, Raimundus Vitalis, Bertrandus Pegarelli, Bertrandus Tholens Mercerii, Vitalis de Bono Mancipio, Guillelmus de Cocio, Arnaldus de Beceto, Thomas Aurioli, Guillelmus de Castelione, Raimundus Lagoti, Guillelmus Ruffi, Arnaldus Faber, Egidius de Spernone, Bernardus Bevida, Raimundus de Berga, Raimundus Guiraudi, Guillelmus Auriolli, Raimundus de Aragone, Iohannes de Noheriis, Iohannes Pelliparius, Gauterius de Mirapisce, Bernardus Boaudivi, Petrus

Vitalis, Raimundus Amelii, filius Guillelmi Amelii, Petrus Vitalis, Bernardus Hugonis, Petrus Esshermiti, Amelius Terreni, Petrus de Raimundo Bernardi, Guiraldus Arnaldi, Guillelmus de Homedo, Guillelmus Azemarii, Iohannes Ardenesii, Paulus den Rodoma, Iacobus Catalani, Pelliparius, Amelius Garini, Iacobus de Condomio, Poncius Mascarosi, Raimundus Soqueti, Guillelmus Pepini, Guillelmus Barte, Arnaldus Gascaz, Vitalis Bedocii, Raimundus Bordelli, Rogerius Pelliparius, Petrus Alboyni, Petrus de Mazeriis, Petrus Berengarii, Guillelmus de Corbolio, Raimundus de Villanova, Petrus de Corbolio, Raimundus Bartoli, Petrus Terrena, Raimundus Carbonelli, Alenus Sartor, Berengarius Richaudi, Raimundus Vaschonis, Iaquetus Messagerius, Guillelmus Savard, Bernardus Merle, Guillelmus de Comafera, Guillelmus Vitalis, Andreas de Rivis, Petrus Serdani, Guillelmus Alboyni, Iacobus Augerii, Stephanus de Guillelmo Bernardi, Raimundus Gozini, Raimundus Iohannis, Iohannes Banhivila, Arnaldus Vaschonis, Bernardus den Hue, Guillelmus Picardi, Petrus Leugerii, Guillelmus de Colia, Raimundus de Colia, Poncius Teulerii, Bernardus Saurini, Stephanus de Na Rogeria, Iohannes de Vergerio, Vergerius, Raimundus de Vilalag, Guillelmus de Vilalag, Bernardus Gasi, Guillelmus Borelli, Raimundus Guillelmus del Cozi, Bernardus Poncii, Petrus Raimundi Garini, Andreas Faber, Philipus Iuliani, Arnaldus de Garmazia, Arnaldus Petri, Raimundus de Na Guirauda, Bernardus Carbonelli, Peyssho, Guillelmus Alseni, Arnaldus de Bastra, Esquivius Donadei, Bernardus Pergat, Guillelmus de Vilata, Bernardus Martini, Aubertus de Colia, Arnaldus Catalani, Petrus Faber, Iohannes Doays, Guillelmus Bergonho, Thomas Tenturius, Paulus den Espert, Petrus Medici, Bernardus Faber de Pesadicio, Iohannes Cernini, Bernardus Franc, Guillelmus Boherii, Arnaldus de Abeleriis, Tibaut, Guillelmus de Comafera, Thomas Grasalvel, Iacobus Donadei, Raimundus Teulerii, Rogerius Mosquerri, Petrus Magistri, Arnaldus Donadei, Raimundus Cogoti, Petrus Maleti, magister Isarnus Montanerii, iurisperitus, Raimundus de Arsicio, Scimardus de Charmaya, Arnaldus Barravi, Petrus Raynaldi, Raimundus Barbe, Petrus Barrerie, Iohanes Mercerii, Arnadus de Spinalbel.

Acta fuerunt hec, anno et die quibus supra, in presencia et testi-

monio fratris Petri de Coquinis, gardiani, fratris Raimundi Gauberti, fratris Petri Raimundi Raynaudi, fratris Raymundi Cepe, fratris Arnaldi Longini, et fratris Petri Moruti, de ordine Fratrum Minorum, magistri Guillelmi de Gozenchis, iudicis Mirapiscis, et Sanabruni, baiuli dicte ville, et mei, Petri Audivini, notarii publici ville et terre Mirapiscis qui, ad requisitionem et mandatum predici domini Guidonis et hominum predictorum obligantium, cartam istam recepi et scripsi et in publicam formam redegi, et meo signo signavi.

Hoc vere est transcriptum dicti instrumenti per me Guillelmum Helye, publicum notarium Mirapiscis, in hoc libro sciptum, prout superius continetur.

VI. — *Guillaume de Létendard, sénéchal de Guy de Lévis, seigneur de Mirepoix, cherche à tenir compte de la situation malheureuse des habitants du territoire de ce fief. Ceux-ci se plaignaient surtout d'être obligés de transporter à leurs frais, jusqu'à la grange seigneuriale, les produits du champart ou agrier, consistant en gerbes de blé, en grains, légumes, fruits, lin, etc. Ils trouvaient ce droit si onéreux qu'ils en prenaient prétexte pour abandonner leurs terres et quitter le pays. Au nom de son maître, le sénéchal les dispense de ce droit, sauf toutefois pour la part de vendange que l'on continuera de porter au cellier seigneurial.* (Pièce 6 du Cartulaire).

16 Aout 1294

Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, rege Philippo Francorum regnante, die lune in crastinum Assumptionis Beate Marie, noverint universi, presentes pariter et futuri, quod Ego, Guillelmus Estandardi, miles, senescallus nobilis viri domini Guidonis de Levis, domini Mirapiscis, attendens graciam, amorem et dilectionem quam homines predicti domini ville Mirapiscis erga ipsum dominum habent et predecessores eius habuerunt, attendens etiam multa utilia acceptabilia et grata servicia eidem domino et predecessoribus suis per eosdem homines impensa, considerans etiam paupertatem quam dicti homines habent, volens cum eisdem misericordiam exercere, eorumdem compaciens paupertati, nomine et vice et de speciali mandato eiusdem domini, concedo predictis hominibus de Mirapisce, presentibus et futuris, et tibi, notario infrascripto, pro ipsis stipulanti et recipienti, francaliciam et libertatem quod garbas bladorum, videlicet, frumenti, ordei, milii, esshene, fabarum, pisorum, nucum, linorum, et omnium aliorum granorum sive leguminum, de quibus tenentur dicto domino et successoribus suis dare certam campi partem, et ipsam partem dicti domini suis expensis de terris sive campis suis, quos et quas nunc habent in toto rendario Mirapiscis, portare ad aream dicti domini, de predicta portatione garbarum frumenti, ordei, milii, esshene, fabarum, pisorum, nucum,

linorum, et aliorum leguminum omnium et granorum, cuiuscumque generis sive speciei existant in toto rendario predicto, eosdem homines et eorumdem heredes et successores, nomine dicti domini, in perpetuum absolvo atque quito ; ita quod, de cetero, de predictis campis ad aream dicti domini partem eiusdem domini portare non teneantur. Retento tamen dicto domino et successoribus suis quod vindemie portionum dicti domini vinearum, quas habent in predicto rendario, partem eiusdem domini eidem et successoribus suis de predictis vineis ad celharium suum de Mirapisce portare teneantur, prout est retrohactis temporibus consuetum. Volens et concedens quod instrumenta acquisitionum, que dicti homines de terris suis habent, in sua super maneant firmitate, excepta predicta portatione garbarum, de qua ipsos absolvo et quito, ut superius est expressum, non obstante quod in eisdem instrumentis contineatur quod ipsas garbas de campis ad aream predicti domini portare tenebantur, de qua portatione ipsos absolvo et quito, ut superius est expressum.

Et predicta omnia predictis hominibus, de speciali gracia predicti domini, concedo, ne ipsi homines vel eorum heredes vel successores, in dicta villa habitantes vel habitaturi, habeant materiam vel occasionem terram dicti domini dimittendi et alibi extra iuridictionem suam sua domicilia transferendi propter consuetudinem portationis dictarum garbarum, per quam clamosa insinuatione se fore reputabant multipliciter aggravatos, concedens tibi, notario infrascripto, quod de premissis possis predictis hominibus facere et reficere duo, vel plura instrumenta.

Huius rei sunt testes dominus Guillelmus de Gozenchis, iudex curie Mirapiscis, Michael Marie, procurator dicti domini Mirapiscis, dominus Guillelmus Audivini, maior, notarius Mirapiscis, et ego, Guillelmus Helie, notarius publicus ville et terre Mirapiscis, qui cartam istam scripsi et signo meo signavi.

Hoc est transcriptum ab originali instrumento sumptum per me Guillelmum Helie, notarium predictum.

VII. — *Règlement fait par Guy de Lévis, seigneur de Mirepoix, à la prière des consuls et habitants de cette ville, pour fixer le tarif de l'amende due par les délinquants, surpris à couper du bois ou à paître des bestiaux sur les bords de rivière appartenant au seigneur, et pour empêcher les exactions des gardes.* (Pièce 22 du Cartulaire).

1295 (1)

Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, domino Philipo, illustrissimo Francorum rege, regnante, noverint universi quod, cum dissentio seu controversia esset inter consules ville Mirapiscis, nomine suo et nomine universitatis dicte ville Mirapiscis, ex parte una, et forasterium seu custodem ripariarum domini Mirapiscis, ex parte altera, super quibusdam iusticiis, dampnis et violenciis, que dicti forestarius et custos dicti domini Mirapiscis dictis consulibus et hominibus Mirapiscis inferebant, recipiendo iusticiam plus debito de animalibus grossis et minutis que inveniebantur in ripariis predictis, et quod de hominibus ville Mirapiscis, quos inveniebant scindentes et delinquentes in dictis ripariis, plus recipiebant quam debebant, consules ville Mirapiscis, videlicet Gassotus de Solano, Raimundus Basterii et Petrus de Vilasenherio, cum pluribus hominibus dicte ville Miraspicis, ad presenciam nobilis viri domini Guidonis de Levis, domini Mirapiscis, personaliter, die iovis post festum sancti Mathie apostoli (2), accesserunt et, coram predicto domino, predicta humiliter proposuerunt et supplicarunt eidem quod faceret mandare predicto suo custodi et forestario ne in predictis homines Mirapiscis indebite aggraverent, et certam iusticiam imponeret animalibus minutis, seu ovinis, seu animalibus grossis, et hominibus delinquentibus seu scindentibus in ripariis antedictis.

Qua supplicatione et requisitione facta, predictus dominus Mirapiscis, deliberato consilio, volens eisdem consulibus et hominibus graciam facere specialem, voluit et ordinavit :

(1) La date du jour et du mois n'est pas donnée.
(2) 25 février 1295.

I. Quod quodlibet animal minutum, videlicet, ovinum, porcinum et caprinum teneatur dare et solvere pro iusticia, si in ripariis per custodem seu forestarium domini Mirapiscis inveniatur, unum denarium turonensium.

II. Item voluit et ordinavit quod quodlibet animal grossum, videlicet, bovinum, equinum et asininum, si in dictis ripariis inveniatur, teneatur dare et solvere pro iusticia quator denarios turonensium.

III. Item voluit et ordinavit idem dominus Mirapiscis quod quilibet homo et femina, qui scindentes in dictis ripariis inveniantur, teneantur dare et solvere pro iusticia duodecim denarios, turonensium, et non ultra.

IV. Item voluit et ordinavit idem dominus Mirapiscis quod, si homo vel mulier invenirentur in dictis ripariis causa mingendi vel spaciandi, quod propter hoc nullam iusticiam solvere teneantur, nec in aliquam penam incidant.

V. Item voluit et ordinavit idem dominus Mirapiscis quod, si contingeret aliquo casu quod super premissis esset aliqua dissentio seu discordia inter consules seu homines ville Mirapiscis, et custodem seu forestarium dictarum ripariarum, quod dominus iudex Mirapiscis et senescallus suus faciant predictam ordinationem in omnibus observari, et super premissis cognoscant et ordinent, ut est superius ordinatum.

Facta fuit presens ordinatio, anno et die predictis, in presencia consulum predictorum et testimonio domini Guillelmi de Gozenchis, iudicis curie domini Mirapiscis, et Bernardi de Berga, Raimundi Bathalhe, Sicardi Audivini, Poncii Baiuli, Guillelmi Iaufruni, Raimundi Granelli, et plurium aliorum, et Petri de Sanarnasio, senescalli terre dicti domini Mirapiscis, et Raimundi de Arcisio, baiuli predicti domini Mirapiscis, et magistri Micahelis Marie, procuratoris eiusdem domini Mirapiscis, qui etiam a predicto domino Mirapiscis recepit in mandatis, ut dixit in presencia predictorum, ut ordinationem predictam inseri et poni faceret in libro curie domini Mirapiscis perpetuo conservandam; et mei, Bertrandi de Mazeriis, notarii publici ville et terre Mirapiscis, qui dicte ordinationi interfui, et mandatus et requisitus de premissis hanc cartam recepi et scripsi.

Manque la mention de la transcription.

VIII. — *Évaluation du marc d'argent depuis le temps où l'on commença à faire usage de la double monnaie royale.*

(Pièce 30 du Cartulaire).

1294-1305

Hoc est precium quod marcha argenti valuit a tempore citra quo moneta duplex regalis fuit incepta.

I. Primo, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, die sabbati in vigilia pace *(sic)* Domini, que dies fuit illo anno (1) decimo quinto (2), kalendas maii, fuit incepta dicta moneta; et ex inde usque ad diem Sancte Trinitatis sub anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, que dies fuit illo anno (3) decimo tertio kalendas iunii, valuit marcha argenti Parisius triginta solidos, sex denarios regalium. Ita quod pro viginti solidis regalium solvantur plus triginta septem solidi regalium, octo denarii regalium, et pro quolibet solido, viginti duo denarii et obolus.

II. Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, a die Sancte Trinitatis, que dies fuit illo anno decimo tertio kalendas iunii, valuit marcha argenti triginta tres solidos regalium usque ad diem martis ante Natale Domini in eadem incarnatione, que dies fuit illo anno (4) decimo quinto kalendas ianuari. Ita quod pro viginti solidis regalium solvantur plus triginti tres solidi, unus denarius regalium, et pro quolibet solido, viginti denarii regalium.

III. Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, a die martis ante Natale Domini, que dies fuit decimo quinto kalendas ianuarii, valuit marcha argenti triginta quatuor solidos regalium usque ad festum sancti Martini estatis, que dies fuit quarto nonas iulii (5) sub anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo. Ita quod pro viginti solidis regalium solvantur plus triginta

(1) Il faudrait *in vigilia Pasche* la veille de Pâques.
(2) 17 avril 1295.
(3) 20 mai 1296.
(4) 18 décembre 1296.
(5) 4 juillet 1297.

unus solidi, novem denarii regalium, et pro quolibet solido, decem et novem denarii.

IV. Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, a die sancti Martini estatis, que erat quarto nonas iulii, valuit marcha argenti triginta quinque solidos regalium usque ad festum Pentecosthen, que dies fuit illo anno (1) octavo kalendas iunii sub anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo. Ita quod pro viginti solidis regalium solvantur plus triginta solidi, tres denarii regalium, et pro quolibet solido decem et octo denarii.

V. Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, a die Pentecosthen, que dies fuit octavo kalendas iunii, valuit marcha argenti triginta septem solidos, sex denarios regalium usque ad festum Pentecosthen, que dies fuit (2) septimo idus iunii, sub anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono. Ita quod pro viginti solidis regalium solvantur plus viginti septem solidi regalium, et pro quolibet solido, sexdecim denarii.

VI. Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, a die Pentecosthen, que dies fuit illa septimo idus iunii, valuit marcha argenti triginta novem solidos regalium usque ad dominicam post festum beati Dyonisii in eadem incarnatione, que dies fuit (3) quinto idus octobris. Ita quod pro viginti solidis regalium solvantur plus viginti quinque solidi regalium, et pro quolibet solido, quindecim denarii.

VII. Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, a die dominica post festum beati Dyonisii, que dies fuit illo anno (4) quinto idus octobris, valuit marcha argenti quadraginta duos solidos regalium usque ad festum beati Georgii, que fuit (5) nono kalendas maii sub anno Domini millesimo trecentesimo secundo. Ita quod pro viginti solidis regalium solvantur plus viginti unus

(1) 25 mai 1298.

(2) 7 juin 1299.

(3) 11 octobre 1299.

(4) Aucune indication pour 1300 et 1301. La valeur du marc n'aurait donc pas changé pendant ce temps.

(5) 23 avril 1299.

solidi, quatuor denarii regalium, et pro quolibet solido duodecim denarii, obolus et picta.

VIII. Anno Domini millesimo trecentesimo secundo, a die festi beati Georgii, que fuit nono kalendas maii, valuit marcha argenti quadraginta quatuor solidos regalium usque ad diem martis post Brandones in eadem incarnatione, que dies fuit (1) illo anno quarto kalendas marcii. Ita quod pro viginti solidis regalium solvantur plus viginti solidi regalium, et pro quolibet solido, duodecim denarii.

IX. Anno Domini millesimo trecentesimo secundo, die martis post Brandones, que dies fuit illo anno quarto kalendas marcii, qua die dominus Bicha habuit monetas, valuit marcha argenti quinquaginta duos solidos regalium usque ad vigiliam beati Bartholomei, que dies fuit (2) decimo kalendas septembris, sub anno Domini millesimo trecentesimo tertio. Ita quod pro viginti solidis regalium solvantur plus tredecim solidi, decem [denarii] regalium, et pro quolibet solido, octo denarii et picta.

X. Anno Domini millesimo trecentesimo tertio, a vigilia beati Bartholomei, que fuit decimo kalendas septembris, qua die G^{us} Flandrensis habuit monetas, valuit marcha argenti sexaginta solidos regalium usque ad festum Ascensionis Domini, que dies fuit (3) illo anno nonas maii, sub anno Domini millesimo trecentesimo quarto. Ita quod pro viginti solidis regalium solvantur plus novem solidi, duo denarii regalium, et pro quolibet solido, quinque denarii et oboli.

XI. Anno Domini millesimo trecentesimo quarto, a festo Ascensionis Domini, que dies fuit illo anno nonas maii, valuit marcha argenti sexaginta duos solidos, sex denarios regalium, usque ad festum beati Iohannis Baptiste in eadem incarnatione, que dies fuit (4)

(1) Mardi, 26 février 1303. *Dies Brandonum*, premier dimanche de Carême. Ce premier dimanche est indiqué comme étant dans la même année que la saint Georges 1302. C'est une preuve que, dans le style usité, l'année commençait à Pâques et que ce dimanche est, en 1303, après la conversion en style nouveau.

(2) 23 août 1303.

(3) 7 mai 1304. Bicha et G. Flandrensis (*Le Flamand*) étaient les monnayeurs de l'époque.

(4) 24 juin 1304. Il y a lieu de remarquer que, pour les autres années, le délai est de plusieurs mois, tandis qu'en 1304 la valeur a subi plusieurs variations à des délais rapprochés.

octavo kalendas iulii. Ita quod pro viginti solidis regalium solvantur plus octo solidi regalium, et pro quolibet solido, quatuor denarii, tres picte.

XII. Anno Domini millesimo trecentesimo quarto, a festo beati Iohannis Baptiste, que dies fuit (1) octavo kalendas iulii, valuit marcha argenti sexaginta sex solidos regalium usque ad festum beate Marie septembris, que dies fuit (2) sexto idus septembris in eodem anno. Ita quod pro viginti solidis regalium solvantur plus sex solidi octo denarii regalium, et pro quolibet solido, quatuor denarii.

XIII. Anno domini millesimo trecentesimo quarto, a festo beate Marie septembris, que dies est sexto idus septembris, valuit marcha argenti sexaginta septem solidos, sex denarios regalium, usque ad festum beati Luche (3), que dies fuit decimo quinto kalendas novembris in eadem incarnatione. Ita quod pro viginti solidis regalium solvantur plus sex solidi, unus denarius, et pro quolibet solido, tres denarii, obolus.

XIV. Anno domini millesimo trecentesimo quarto, a festo beati Luche, que dies fuit decimo quinto kalendas novembris, valuit marcha argenti septuaginta duos solidos, sex denarios regalium, usque ad primam diem marcii, scilicet kalendas marcii (4), in eadem incarnatione. Ita quod pro viginti solidis regalium solvantur plus quatuor solidi et tres denarii regalium, et pro quolibet solido, duo denarii, obolus.

XV. Anno domini millesimo trecentesimo quarto, a prima die marcii, scilicet kalendis marcii, valuit marcha argenti septuaginta quinque solidos regalium usque ad diem *Pace Domini* (5), que dies fuit (6) illo anno decimo quarto kalendas madii, sub anno domini millesimo trecentesimo quinto, qua die Richardus Hugueti habuit monetas. Ita quod pro viginti solidis regalium solvantur plus tres solidi sex denarii, et pro quolibet solido, duo denarii.

(1) 24 juin 1304.
(2) 8 septembre 1304.
(3) 18 octobre 1304.
(4) 1er mars 1304 (1305, *n. s.*).
(5) Voir plus haut la note 1 de la page 31, il s'agit du jour de Pâques.
(6) 18 avril 1305.

XVI. Anno domini millesimo trecentesimo quinto, scilicet decimo quarto kalendas madii, qua die incepit fieri bona moneta, valuit marcha argenti septuaginta quinque solidos regalium. Ita quod pro viginti solidis regalium solvantur plus octo denarii regalium.

Sciendum est quod tres regales valent duos denarios turonensium, tempore quo ista arresta regia fuerint tradita per dominum Regem.

La mention de transcription n'est pas relatée.

IX. — *Transaction passée entre Jean de Lévis, seigneur de Mirepoix, et ses frères, d'une part, les consuls et communauté de Mirepoix, d'autre, par laquelle, moyennant la rente de 100 livres assignée en sa faveur, ladite communauté se désiste du prétendu usage de couper du bois dans la forêt de la Bélène. Les habitants de Mirepoix se réservent tous leurs droits sur la forêt de Plènefage.* (Pièce 4 du Cartulaire.)

20 Mars 1301

Presentis pagine testimonio universis et singulis manifestum existat quod, quum questio seu controversia verteretur seu verti speraretur inter nos Petrum Ramundi de Raysshaco, Ramundum Granelli, Petrum de Tholosa, Laurencium Andree, consules ville Mirapiscis, nomine nostro et universitatis hominum dicte ville et singulorum de eadem, ex una parte agentes, et nobilem virum dominum Theobaldum de Levis, dominum Penne et Montisbruni, et alios fratres suos, ex altera defendentes, super eo et pro eo quod nos, dicti consules dicebamus, nomine nostro et nomine dicte universitatis et singulorum de eadem, habere ius scindendi et talliandi arbores et ligna in nemore seu foresta vocata de Bellena, que venerat ad partem eiusdem domini Theobaldi, et in aliis forestis defensis terre domini Mirapiscis quondam (1), et inde abstrahendi et portandi por nostro et singulorum dicte universitatis libito voluntatis ; et quod nos, predicti consules et singuli homines de eadem universitate eramus in sayzina et in ea possessione vel quasi scindendi et talliandi in dictis forestis ; et quod, in dicta sayzina possessione vel quasi, steteramus et fueramus pacifice et quiete per longissima tempora, in qua quidem sayzina, possessione seu quasi talliandi, scindendi in dicta foresta Bellene dictus dominus Theobaldus et alii fratres sui nos, dictos consules et alios de universitate predicta, perturbabant indebite et iniuste, et super premissis diu fuisset altercatum inter nos, nomine quo supra, et fratres predictos, nobilis vir dominus

(1) *Quondam*, c'est-à-dire défunt.

Iohannes de Levis, dominus Mirapiscis, ad decisionem et difinitionem dicte questionis per viam transactionis et compositionis faciendam, volens interponere partes suas, habita plena deliberatione cum dicto domino Theobaldo, Petro, Philippo, Eustachio et Francisco, fratribus, et eorum cognita voluntate et aliorum quam plurium amicorum suorum nobilium, pro se et dictis fratribus suis, voluit dictam questionem seu questiones decidere, et cum nobis dictis consulibus, nomine nostro et nomine dicte universitatis et singulorum hominum de eadem, de predictis questionibus et demandis convenire et transactionem et compositionem facere de predictis.

Quum finis litis dubiis existat, dicens se paratum esse pro se, in quantum ipsum tangunt et tangere possunt dicte questiones et controversie, et nomine fratrum predictorum, facere nobis, cum predictis consulibus quo supra nomine, transactionem et compositionem de omnibus predictis petitis per nos nomine quo supra, et dare et assignare pro se et heredibus suis et successoribus, et nomine fratrum suorum predictorum, in foresta de Bellegarda competens tallivum scindendi ligna, arbores et fustam grossam et minutam ad usum nostrum et dicte universitatis et singulorum hominum de eadem, vel dare et solvere singulis annis, in duobus solutionibus, centum libras turonensium perpetuo, sine fine, per terminos infra scriptos; et nos, consules predicti, videntes et attendentes oblationem predictam domini Iohannis de Levis antedicti esse consonam rationi, nolentes litigare cum ipso et aliis fratribus predictis suis, quia forte de assignatione dicti nemoris possemus cum eisdem minime convenire, et nos, nomine nostro et dicte universitatis, habita deliberatione cum pluribus hominibus dicte universitatis et aliis consiliariis nostris, volentes facere transactionem et compositionem cum eodem domino Mirapiscis et aliis suis fratribus antedictis, et cum videretur nobis dictis consulibus et nostro consilio utilius nobis et dicte universitati et singulis hominibus de eadem recipere et habere singulis annis perpetuo per terminos infrascriptos, ratione tallivi seu usagii antedicti, quam recipere tallivum antedictum, assignationem centum librarum turonensium, eligimus antedictam.

Idcirco nos, Iohannes de Levis, dominus Mirapiscis, dictum onus

nostrum et fratrum nostrorum in nos et, ex causa iusta et sufficienti, suscipientes, promittimus dicte universitati et vobis, predictis consulibus, et aliis qui pro tempore fuerint et erunt in villa Mirapiscis, nomine vestro et dicte universitatis et singulorum hominum de eadem recipientibus et stipulantibus sollempniter, et tibi, notario infrascripto, pro eadem universitate et singulis hominibus eiusdem universitatis recipienti et stipulanti, nomine transactionis et compositionis, dare et solvere seu illi vel illis cui vel quibus de dicta universitate vos, dicti consules, vel illi qui pro tempore erunt, duxeritis eligendos anno quolibet, ratione dicti usagii seu tallivi, centum libras turonensium, singulis annis, et perpetuo, sine fine, videlicet quinquaginta libras turonensium in primo venienti festo beati Iohannis Baptiste, et alias quinquaginta libras turonensium in sequenti festo Nativitatis Domini.

Pro quibus centum libris predictis dandis, solvendis et percipiendis et aliis observandis, ut premissum est, nos, dictus Iohannes de Levis, dominus Mirapiscis, dicte universitati et vobis, dictis consulibus, et aliis, qui pro tempore fuerint et erunt, pro ipsis et nomine singulorum hominum dicte universitatis stipulantibus et recipientibus, nos et bona nostra omnia expresse obligamus, et nos et ipsa bona fore obligata volumus pro premissis. Promitentes dicte universitati et vobis, predictis consulibus, nomine quo supra stipulantibus et recipientibus, et tibi, notario infrascripto, pro dicta universitate et singulis hominibus ejusdem recipienti et stipulanti, si deficerimus in solutionibus predictis vel altera earumdem, nos, seu successores nostri, omne dampnum, interesse, gravamen et expensas et missionem, que vel quas feceritis vel passi fueritis, ullo modo ressorcire et in integro emendare, inde nos et bona nostra omnia obligando pro premissis omnibus et singulis, sub omni iuris renunciatione necessaria seu tituli pii et cautela.

Et nos consules predicti, nomine nostro et dicte universitatis et singulorum hominum de eadem, habito pleno consilio et tractatu cum dicta universitate et consiliaris nostris, volentes a lite et questionibus discedere, dictam transactionem gratanter acceptantes, instructi et certiorati de iure nostro et universitatis predicte et singulorum de eadem, quoad premissa, eam recipimus sub modo et forma predictis.

Et omnia alia iura et usus scindendi et talliandi, que nos et dicta universitas habemus et singuli de eadem habebamus vel habere debebamus in dictis forestis et aliis nemoribus defensis predicti domini Mirapiscis et fratrum suorum, sive illa sint in montaneis, sive in planis, nomine nostro et dicte universitatis et singulorum hominum de eadem, vobis, dicto domino Mirapiscis, et fratribus vestris et vestrorum et eorum heredibus et successoribus universis, et tibi, notario infrascripto, stipulanti et recipienti nomine dicti domini Iohannis et fratrum suorum et eorum quorum interest, ex certa sciencia, et expresse absolvimus, difinimus, derelinquimus penitus et quittamus, facientes, nomine nostro et totius universitatis et singulorum hominum de eadem, vobis, predicto domino Mirapiscis, et fratribus vestris vestrorumque heredibus et successoribus universis, pactum perpetuum et sollempne, quo supra nomine, de nichil amplius agendo, petendo vel exigendo ratione dicti usus et tallivi in nemoribus supra dictis, preterquam centum libras turonensium predictas, nobis, ut premissum est, dandas annis singulis et solvendas perpetuo, sine fine. Quas dicte universitati et nobis, nomine quo supra, et illis consulibus qui pro tempore erunt in dicta villa Mirapiscis, seu illi et illis qui de dicta universitate, cui vel quibus nos vel alii consules, qui pro tempore erunt, duxerimus eligendos, dictus dominus Iohannes de Levis dominus Mirapiscis, et sui successores in dictis terminis solvere teneantur perpetuo, sine fine.

Et predicta promittimus, nomine nostro et totius universitatis predicte et singulorum hominum de eadem vobis, domino Iohanni de Levis, et heredibus et successoribus vestris, et tibi, notario infrascripto, stipulanti et recipienti pro eo et nomine dictorum fratrum predicti domini Mirapiscis et successorum eorumdem, sub obligatione bonorum dicte universitatis. Pro quibus omnibus tenendis et complendis et non contraveniendis, [bona] volumus fore obligata vobis predicto domino Mirapiscis, et fratribus vestris vestrorumque successoribus et eorumdem. Et volumus, nomine nostro et totius universitatis et singulorum de eadem, quod, si carta aliqua, carte vel alie scripture, publice vel private, invenirentur, sive testes, que nobis et successoribus nostris et universitati predicte et singulis hominibus

de eadem, quoad premissa, usus tallivi predicti, et tangencia ad eadem, possent prodesse, et vobis, dicto domino Mirapiscis, et fratribus vestris vestrorumque successoribus et eorumdem obesse, quod, in iudicio et extra, nullam obtineant roboris firmitatem ; immo pro vanis, cancellatis, nullis et irritis, quoad premissa, habeantur. In aliis vero capitulis quibuscumque in ipsis instrumentis, carta seu cartis contentis, ipsa perpetuo roboris obtineant firmitatem, quibus, propter premissa seu subsequencia, in aliquo non intendimus renunciare vel in aliquo preiudicium generare.

Dicimus tamen et protestamur, nomine nostro et totius universitatis predicte et singulorum hominum de eadem quod, per presentem quittationem, absolutionem, pactum, transactionem et compositionem, renunciare non intendimus, tacite nec expresse, iuri, usui vel possessioni, quod habere debemus tam super proprietate quam possessione nemoris vocati de Planafaia ; quin nos et successores nostri et universitas predicta et singuli de eadem uti et frui perpetuo, sine fine, valeamus in dicto nemore seu foresta de Planafaia, pro libito voluntatis, nec in aliis nemoribus acaptatis vel possessis singulorum hominum Mirapiscis. In quibus et in dicto nemore de Planafaia, ius nostrum et dicte universitatis et singulorum hominum de eadem salvum facimus, et retinemus et reservamus.

Et super omnibus premissis et singulis, nos, Iohannes de Levis, dominus Mirapiscis predictus, et consules predicti, nominibus quibus supra, bene instructi et certiorati de iure nostro et nostrorum, deliberatione habita, renuntiantes inde omni exceptioni doli et fraudis et insciencie, et omni iuri, tam canonico quam civili, et terre consuetudini, et privilegio, ecclesiastico vel seculari, indulto vel indulgendo, quo vel quibus contra predicta vel aliqua predictorum venire possemus ullo modo, omnia predicta et singula tenere et servare et non contravenire promittimus nostra bona fide, prout supra dictum est et expressum. Et ea per nos et heredes et successores nostros et universitatem predictam et singulos de eadem et eius successores, rata volumus perpetuo observare. Volumus etiam quod, si aliqua clausula in presenti deficeret instrumento, qua inserta et apposita, dicta transactio et compositio firmior esset ad commodum utriusque partis seu alterius, quod, pro inserta

et apposita habeatur. Et si aliqua esset apposita per quam dicta transactio et compositio et aliqua premissa possent infirmari vel in aliquo impugnari, pro non apposita habeatur et remota.

Et quod tot instrumenta possint confici per notarium infrascriptum de et super predictis, quot fuerint requisita per dominum Mirapiscis, vel per consules memoratos, vel per singulos homines ville Mirapiscis antedicte, eis tradenda per notarium infrascriptum, quociens per ipsos fuerit requisitus.

Acta fuerunt hec omnia in castro Mirapiscis anno Domini millesimo, trecentesimo primo, regnante rege Philippo Francorum, decimo kalendas aprilis, in presencia et testimonio nobilium virorum domini Petri de Malorasio, Roberti de Ripparia, militum, Theobaldi de Bordis, domicelli ; Petri de Sarnacio, senescalli terre dicti domini Mirapiscis ; magistri Micahelis Marie, procuratoris dicti domini Mirapiscis ; Petri de Malorasio, baiuli Mirapiscis ; Theobaldi Marescalli, baiuli dicti domini Mirapiscis ; domini Andree Deulesal, iuris professoris ; magistrorum Guillelmi de Farisio, Petri Auriolli de Mirapisce, iurisperitorum ; et mei, Bertrandi de Mazeriis, de Mirapisce, publici notarii Carcassone, domini nostri Regis, et totius senescallie Carcassone et Biterris, qui, requisitus, presentibus interfui, et predicta stipulatus fui, et hanc cartam recepi, scripsi et signo meo etiam consignavi.

Hoc est transcriptum a dicta originali instrumento sumptum per me, Guillelmum Helie, publicum notarium Mirapiscis.

X. — *Réglement pour la boucherie de Mirepoix, donné par Jean de Lévis, seigneur de la ville.* (Pièce 3 du Cartulaire.)

17 Juin 1303

In nomine omnipotentis Dei, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, amen. Presentis instrumenti publici testimonio omnibus et singulis, presentibus et futuris, manifestum existat quod, nos Iohannes de Levis, dominus Mirapiscis, honorem et proficuum ville nostre Mirapiscis attendentes, ad eiusdem ville et habitantium in ea et aliorum subditorum nostrorum bonum statum et regimen frequenter vigilantes, volentes etiam, iuxta iuris formam, pericula que possent in futurum evenire propter carnes cuiuslibet conditionis, generis sive speciei, vendendas in posterum in macello (1) publico dicte ville Mirapiscis per carnifices dicti loci, [pro] nostro posse evitare, et exinde dictis carnificibus statuere et apponere certum lucrum super carnibus per eos vendendis in dicto macello, quum nostra intersit ne, in eorum carnibus vendendis, excedant amodo formam iusti precii, prout volunt legitime sanxiones, ad requestam et supplicationem consulum dicte ville notre Mirapiscis, statuimus et ordinamus ut sequitur :

I. Videlicet quod nullus carnificum ville predicte audeat vendere in dicto macello publico oves marranos (2), arietes galamutos (3) manifeste in collo eorum, nec mutones capmortinos (4) evidenter seu scienter, nec etiam mutones infirmos de picota.

II. Item statuimus quod dicti carnifices non vendant, nec audeant vendere in dicto macello carnes porcinas, que sint infecte evidenter et manifeste de leprosia.

(1) *Macellum*, boucherie, étal de boucher, commerce de la boucherie.

(2) Languissants, étiolés, étiques. Ce mot, dont Ducange ne donne pas le similaire latin, se trouve dans le dictionnaire de Mistral.

(3) Galeux, mal venus, remplis de tares ; en patois actuel, *gamat*.

(4) Atteints d'une sorte d'épilepsie qui se manifeste par l'affolement, par le besoin de tourner sur place ; en patois, *capmori*.

III. Item statuimus quod non vendant dicti carnifices in dicto macello carnes bovinas, quarum medule erunt fluentes et non coagulate in ossibus earum.

IV. Item statuimus quod dicti carnifices non vendant hircos, nec capras in dicto macello; possint tamen vendere edulos iuvenes unius anni tantum, in macello predicto.

V. Item statuimus et ordinamus quod dicti carnifices non audeant carnes suas per eosdem vendendas in dicto macello inflare, sive inventare.

VI. Item statuimus quod non audeant carnes porcinas, quas est licitum vendere, bis excaturzizare (1) cum aqua, nisi necessitas removendi pilos earum eosdem carnifices restringat et requirat.

VII. Item statuimus et ordinamus quod dicti carnifices in dicto macello sues porcelerias non vendant; possint tamen vendere porcos verrinos.

VIII. Item statuimus et ordinamus quod, si contigerit dictos carnifices alias carnes, cuiuscumque speciei sive generis existant, occidere et eas laniare et eas velle vendere in dicto macello, quod eas bonas, utiles, non infirmas, seu aliter improbas, vendant, seu vendere presumant in dicto macello.

IX. Item volumus et statuimus et ordinamus quod illa animalia, que dicti carnifices occidere voluerint et vendere in dicto macello, sint talia quod suis propriis pedibus veniant ad dictum macellum, vel ad domos carnificum predictorum, dumtaxat de carnibus bovinis, mutoninis et porcinis.

X. Item statuimus et ordinamus quod, si contigerit dictos carnifices vel eorum aliquem seu aliquos, carnes porcinas pro vendendo eas in dicto macello, qui, dum laniate fuerint, invenerint easdem leprosas, quamvis non appareret per linguam tempore quo eas emerint, quod tales carnes non vendant, nec vendere presumant in dicto macello; possint tamen eas vendere in loco pro talibus carnibus deputato in dicta villa Mirapiscis.

XI. Item statuimus et ordinamus quod dicti carnifices non

(1) Échauder.

audeant, nec debeant lucrari in vendendo carnes suas, quas est licitum vendere in dicto macello, nisi pro quolibet solido unum denarium.

XII. Quam ordinationem lucrandi habeant tenere, servare et custodire dicti carnifices, vendendo quodlibet animal integrum, et hoc idem de medietate dicti animalis, et hoc idem de quarta parte dicti animalis ; et hoc idem de dicta quarta parte, descendendo usque ad quartam partem quarte partis animalis predicti.

XIII. Si vero contigerit plures partes minutas facere de dicto animali, quod eas possint vendere dicti carnifices non observando dictam ordinationem, et exinde percipere et habere quantum lucri potuerint, dum tamen dicte ordinationi nostre non committant dolum et fraudem occulte vel manifeste, in vendendo dictas minutas partes.

XIV. Et quod scienter non committant fraudem dicte ordinationi nostre ; volumus et ordinamus quod dicti carnifices iurent ad sancta Dei quatuor evangelia et promittant.

XV. Item statuimus et ordinamus quod dicti carnifices, ultra dictum lucrum, habeant et percipiant pedes porcinos, et unum denarium turonensium de quolibet mutone, et tres denarios tolosanos pro quolibet animali bovino.

XVI. Item statuimus et ordinamus quod, si contigerit dictos carnifices seu eorum aliquem aliqua animalia tenuisse et nutrisse in domo sua per aliquod tempus, ita quod sint meliorata pluri quam constiterint, fiat extimatio eorumdem per baiulum nostrum dicte ville et consules eiusdem ville, seu per illos qui a dictis baiulo et consulibus ad premissa fuerint deputati, quum dicti carnifices ea vendere voluerint ; et secundum precium eis appositum et statutum, ipsa animalia vendant iuxta forman supradictam.

XVII. Item statuimus, ordinamus et mandamus quod dicti carnifices non audeant laniare suas carnes predictas, quas est licitum vendere, quousque predicti baiulus et consules seu ab eisdem electi et deputati dictas carnes viderint et eis precium statuerint seu apposuerint, iuxta quantitatem precii animalium quorumlibet que vendere voluerint, quod decostaverint.

XVIII. Quibus electis et deputatis, sive dictis baiulo et consulibus

prefati carnifices teneantur, per proprium iuramentum, revelare et significare quot dicte carnes decostaverint.

XIX. Item ordinamus et constituimus quod ordinatio existimationis et appositionis precii in dictis carnibus non servetur, nec servare teneantur dicti carnifices de festo sancti Iohannis Baptiste usque ad festum sancti Micahelis Septembris.

XX. Que quidem statuta per nos facta et ordinata teneri, compleri et inviolabiliter observari per carnifices predictos, tenore presentis publici instrumenti, precipimus et mandamus, ita quod non contraveniant vel faciant occulte vel manifeste.

XXI. Nam si contrafecerent vel contravenirent modo aliquo dicti carnifices, statuimus, ordinamus et mandamus quod incidant in penam viginti solidorum turonensium, tociens quociens reperti fuerint contravenientes vel contrafacientes aliquo modo.

XXII. Quorum viginti solidorum turonensium quinque solidi erunt denuntiantis et significantis, et residuos quindecim solidos turonensium nobis et nostris volumus applicari.

XXIII. Item statuimus, ordinamus et mandamus quod, si aliquis dictorum carnificum repertus fuerit tenere et vendere in dicto macello publico, clam vel palam, carnes improbas et prohibitas, et contra dicta statuta nostra et ordinationem factam predictam faciendo et veniendo, quod publice preconizetur et notificetur in dicta villa Mirapiscis per preconem nostrum publicum dicte ville, referendo et exprimendo eorum conditiones [quibus] (1) eas vendere volebant in macello publico ville Mirapiscis, et quod, propter hoc, solv[erint] penam predictam, exprimendo eam (2), et ipsas carnes [carnifices] amiserint, et domino Mirapiscis [dicte carnes] venerint ex causa predicta in commissum (3).

XXIV. Que omnia volumus et mandamus quod fiant et compleantur, ut est dictum et expressum, quum constiterit ipsum seu ipsos carnifices legitime dictas carnes improbas et prohibitas velle vendere in macello publico supradicto.

(1) A partir de cet endroit, le sens, par suite de l'incorrection du texte, devient un peu embrouillé. Aussi, pour le rendre plus clair, nous mettons, entre crochets, les mots dont la place semblait indiquée.

(2) C'est-à-dire en faisant connaître la nature de cette peine.

(3) *In commissum*, en sequestre, en confiscation.

Quibus factis, constitutis, statutis et ordinatis per dictum dominum Mirapiscis, et perlectis diligenter in presencia Petri Rogerii, maioris dierum, Laurencii Andree, Thome Auriolli, Guillelmi Auriolli, Bernardi Aybrandi, Guillelmi Vigorisii, filii Arnaldi Vigorisii, Petri Bonaudi, aliter dicti de Podialibus, Bernardi Terrena, Petri Vigorosii, Bernardi Scobiloni, Hugonis Scobiloni, et Arnaldi, et Guillelmi Vigorosii, minoris, carnificum de Mirapisce, et in testimonio mei, notarii, et testium subscriptorum, prefatus dominus Mirapiscis mandavit dictis carnificibus presentibus dictam ordinationem et statuta teneri, compleri et inviolabiliter observari per eosdem et per alios carnifices absentes dicte ville Mirapiscis, prout supra dictum est et expressum.

Acta fuerunt hec omnia in castro Mirapiscis, anno domini millesimo trecentesimo tercio, die sabbati post festum beati Barnabe, apostoli, intitulata decimo septimo kalendas iulii, domino Philippo, rege Francorum, regnante, in presencia et testimonio domini Philippi de Ripparia, domini Andree Deulesal, legum professoris, magistri Micahelis Marie, magistri Bertrandi de Mazeriis, notariorum, Petri de Malorasio, baiuli dicti domini Mirapiscis, et mei, Ramundi Geraldi de Mirapisce, publici notarii ville et terre Mirapiscis, qui, iussu et mandato predicti domini Mirapiscis, cartam istam recepi et in publicam formam redegi, et signo meo solito presentem cartam consignavi.

Hoc est transcriptum dicti instrumenti sumptum et in hoc libro scriptum per me Guillelmum Helie, publicum notarium Mirapiscis.

XI. — *Permission de chasser les perdrix, donnée aux habitants de Mirepoix par leur seigneur Jean de Lévis.*

(Pièce 17 du Cartulaire.)

20 Juin 1303

Anno Dominice Incarnationis, millesimo trecentesimo tercio, domino Philippo, rege Francorum, regnante, duodecimo kalendas iulii, noverint universi quod nos, Iohannes de Levis, dominus Mirapiscis, volumus et concedimus, per nos et successores nostros, vobis, Guillelmo Batale, seniori, Arnaldo Borrelli, Bernardo Hugonis, et Iacobo Donadei, consulibus ville Mirapiscis, et toti universitati dicte ville et singulis eiusdem, et vestris, et tibi, notario infrascripto, stipulanti et recipienti vice et nomine dicte universitatis et singulorum de eadem, quod inhibitio seu prohibitio facta, ex parte nostra seu nomine nostro, publice per preconem publicum nostrum ville Mirapiscis predicte, « quod nullus homo dicte ville esset ausus capere, nec occidere perdices in terra et iuridictione terre nostre Mirapiscecii », non preiudicet vobis, nec dicte universitati et singulis eiusdem, nec etiam privilegio vobis dato et universitati predicte et eius singulis, cum publico instrumento per dominum nostrum patrem, inclite recordationis ; quin vos, et dicta universitas et singuli eiusdem, possitis et debeatis capere et occidere perdices pro libito voluntatis, iuxta continenciam privilegii predicti, quum nos ordinationi, seu constitutioni dicti domini nostri patris in aliquo obviare non intendimus, nec dicto privilegio in aliquo derogare, mandantes tibi, notario subscripto, ut de predictis conficias publicum instrumentum et ipsum dictis consulibus restituas seu cui voluerint, quum per eos fueris requisitus, et exinde, tenore presentis instrumenti publici, annullantes dictam inhibitionem et prohibitionem, si qua facta fuerit ex parte nostra, quatenus vobis et dicte universitati, et singulis eiusdem, et dicto privilegio, in aliquo posset preiudicium generare.

Testes huius rei sunt magister Arnaldus Batala, Bernardus de Berga, Guillelmus Audivini, notarius, magister Micahel Marie, notarius de Mirapisce, et ego, Raimundus Giraldi, de Mirapisce, publicus notarius ville et terre Mirapiscis, qui cartam istam recepi iussu dicti domini Mirapiscis, et predicta omnia fui stipulatus vice et nomine dicte et universitatis et singulorum eiusdem.

Manque à cette pièce la formule ordinaire de la transcription.

XII. — *Privilèges divers accordés aux habitants de Mirepoix par leur seigneur, Jean de Lévis, et concernant : 1° l'exemption de la leude à Laroque-d'Olmes pour le bois nécessaire à l'usage des particuliers ; 2° la fixation des poids et mesures et la connaissance des délits en cette matière de concert avec le baile ; 3° la taxe de la viande, du poisson et du pain ; 4° la possession des rivages de l'Hers au profit des habitants.* (Pièce 1 du Cartulaire.)

24 Juillet 1302

Presentis scripture seu instrumenti serie omnibus, universis et singulis, presentibus et futuris, manifestum existat quod nos, Johannes de Levis, dominus Mirapiscis, volentes utilitati et honori ville nostre Mirapiscis et eius universitati et eiusdem singulis perpetuo providere, ad eorum bonum statum et regimen sollicite vigilantes, per nos et nostros omnes heredes et successores, presentes atque futuros, volumus, concedimus et donamus dicte universitati et singulis de eadem, que sequntur, videlicet :

I. Quod quilibet de dicta universitate possit et perpetuo, pro voluntatis libito, fustam, grossam et minutam, cuiuscumque conditionis et forme existat, vel quocumque etiam nomine censeatur, per villam de Rupe et totum leudarium de Rupe, ad usum tantum proprium, sine leude et pedagii prestatione seu solutione, abstrahere, transire et facere apportare, acto tamen quod revenditores ipsius fuste, quum, causa revendendi, emerint, vel transire vel apportare voluerint, non obstante concessione predicta, leudam solvere tenuerint (1) consuetam, satisfacto tamen nobis et nostris de forestagio a recipientibus, ementibus seu facientibus ipsam fustam.

II. Item volumus, concedimus et donamus quod consules dicte universitatis, qui nunc sunt vel pro tempore fuerint, possint, una cum nostro baiulo Mirapiscis, cognoscere de insufficiencia ponderum et mensurarum, et etiam designare pondera merceriis eius-

(1) Il faudrait *teneantur*.

dem ville Mirapiscis et mensuras de omnibus, que pondere vel mensura vendere debent predicti mercerii, quocumque nomine ipse merces censeantur.

III. Item volumus, concedimus et donamus quod dicti consules, qui nunc sunt vel pro tempore fuerint, possint carnificibus de Mirapisce, in eorum carnibus vendendis, certum lucrum constituere et assignare, prout eis videbitur expedire, et de carnibus non sufficientibus cognoscere una cum baiulo Mirapiscis, et etiam de piscibus et ipsos vendentibus apponere iustum forum, et eas seu eos repellere, prout eis videbitur fore iustum.

IV. Et hoc idem possint facere de pancosseriis (1) dicte ville seu panem vendentibus, et quod a contrafacientibus pena consueta, vel que apposita fuerit per nos seu nostros, levetur.

V. Item volumus, concedimus et donamus quod dicti consules possint nemus de Planafaia, quibuscumque personis, perpetuo defendere, videlicet totam illam partem que remansit, satisfacto nobis et nostris, de ortis et localibus, quibus certa summa seu pars de dicto nemore nobis debuit assignari, prout in instrumento facto bone memorie domino, quondam patri nostro, per consules Mirapiscis plenius continetur.

VI. Et quod ipsi consules possint imponere, talem qualem voluerint, penam contra illos qui in dicto nemore scindentes vel bestiarium depascentes contra eorum inhibitionem, aut aliter utentes poterunt reperiri, et ipsam penam, pro libito voluntatis et quociens eis placuerit, minuere vel aucmentare vel aliter immutare, acto tamen quod, qualemcumque ipsos imponere penam contigerit, nobis et nostris debeat applicari et levari per nos sive nostros.

VII. Et quod ipsi consules, per messegarios dicte universitatis vel alios per ipsos designatos et presentatos baiulo nostro Mirapiscis et coram eo iuratos, possint dictum nemus per modum predictum perpetuo defendere vel, quum eisdem placuerit consulibus, defensionem dimittere et relaxare, et quod exinde messegarii, non obstante predicta pena, suam possint et debeant levare messegariam noticie consulum predictorum, et quod ipsi consules usui

(1) Boulangers.

dicte universitatis ipsum nemus possint, pro voluntatis libito, applicare, vel ipsum defendere, ut est dictum, retenta tamen nobis et nostris perpetuo venatione et iuridictione alia quacumque, et iure alieno penitus reservato.

VIII. Item volumus, concedimus quod quicquid a xx annis citra fuit receptum, datum vel acaptatum, vel aliter occupatum de ripariis, que de usu dicte universitatis a xx annis citra fuisse potuerint reperiri, sit et esse debeat amodo perpetuo dicte universitatis et ad eius usum revertatur. Et nos illas detinentibus, titulo acapiti vel doni, per nos vel nostrum senescallum, eas faciemus dicte universitati, de nostris propriis ripariis emendam permittimus facere condecentem, dum tamen ostendi possit quod acaptatum vel receptum fuerit a xx annis citra antedictis.

IX. Item volumus, concedimus et donamus quod dicti consules, qui nunc sunt vel pro tempore fuerint, possint, una cum nostro baiulo Mirapiscis, mensuras tabernariorum dicte universitatis mensurare et recognoscere, et de dictarum mensurarum falsitate vel inlegalitate cognoscere, et quod ad eorum denunciationem et dictum, per nos seu nostros, a falsis mensuris utentibus vel quibus reperte fuerint, levari possit et debeat iustitia consueta et nobis et nostris applicari.

Et predicta omnia et singula, gratis et ex certa sciencia, per nos et nostros volumus, concedimus et donamus, ut est dictum, universitati predicte ville nostre Mirapiscis et vobis, Hugoni de Abeleriis, Spinoso Audivini, Guillelmo Batale, juniori, et Petro Fabri de Pesadicio, consulibus dicte ville Mirapiscis, presentibus, pro vobis et dicta universitate et singulis de eadem petentibus et recipientibus, teque, Ramundo Geraldi, notario subscripto, tanquam persona publica, presente, stipulante et recipiente nomine universitatis predicte et singulorum de eadem, et omnibus aliis, quos presens tangit negocium vel posset tangere in futurum, promittentes quod non fecimus nec diximus, dicemus vel faciemus per nos vel aliam personam, occulte vel manifeste, quominus omnia et singula, superius data et concessa, perpetuam obtineant roboris firmitatem, vel per que infringi vel annullari possent vel modo aliquo retractari ; immo sic tenere pro nobis et nostris promittimus perpetuo obser-

vare; volumus etiam et mandamus tibi, subscripto notario, quod tot instrumenta possis conficere quot volueris et tibi requisierint consules memorati vel singuli homines universitatis predicte.

Acta fuerunt hec in castro Mirapiscis, anno Domini millesimo trecentesimo secundo, regnante rege Philippo Francorum, nono kalendas Augusti, in presentia et testimonio domini Petri de Malorasio, militis, Petri de Fornasio, senescalli terre dicti domini Mirapiscis, Michaelis Marie, eiusdem domini procuratoris, Bertrandi de Falgaribus, castellani Dunesii et Rupis Ulmesii, Theobaldi Marescalli, baiuli dicti domini Mirapiscis, Guillelmi Elie, Guillelmi Marie, Petri Terrene, Petri Morati, Bertrandi de Mazeriis, notariorum de Mirapisce, et mei, Ramundi Geraldi, notarii predicte ville et terre Mirapiscis predicte qui, de mandato dicti domini Mirapiscis et ad requisitionem consulum predictorum, hanc cartam recepi et scripsi, et predicta omnia et singula fui stipulatus et in formam publicam redegi signoque meo solito signavi.

Hoc est transcriptum dicti instrumenti.

XIII. — *Mise en défense par les consuls de Mirepoix du bois communal de Plénefage. Fixation d'amendes contre les délinquants. Prestation de serment par les gardes.* (Pièce 2 du Cartulaire.)

5 Aout 1302

In Dei nomine amen. Anno Domini millesimo trecentesimo secundo, rege Philippo Francorum regnante, nonas augusti, noverint universi quod Hugo de Abeleriis, Guillelmus Batale, iunior, et Petrus Fabri de Pesadicio, consules ville Mirapiscis, ut dicebant, constituti in presencia venerabilis viri, domini Petri de Fornasio, senescalli terre Mirapisesii, pro nobili viro domino Iohanne de Levis, domino Mirapiscis, pro se et nomine Spinosi Audivini, conconsulis, et nomine tocius universitatis dicte ville Mirapiscis et singulorum hominum de eadem, dixerunt et asseruerunt, coram eodem domino senescallo, quod ipsi, pro se et nomine quo supra, volebant defendere et defendi et custodiri a quibuscumque hominibus et animalibus nemus dicte ville, vocatum de Planafaia, et imponere certam iusticiam.

Et pro custodiendo dictum nemus et levando iusticias seu penas per ipsos impositas, presentaverunt eidem domino senescallo Iohannem de Florenciaco et Guillelmum de Gerio et Arnaldum Auterii, habitatores de Mirapisce, a quibus petierunt recipi, ut moris est, sacramentum.

Qua presentationes facta, dicti consules, pro se et nominibus quibus supra, attendentes communem utilitatem dicte ville, imposuerunt iusticias seu penas infrascriptas, videlicet :

I. Quod quilibet homo, qui scindet in dicto nemore vel aliud dampnum dabit, solvat quinque solidos turonensium ; de quibus quatuor sint domini Mirapiscis, et duodecim denarii turonensium messegarii dicte ville.

II. Et animalia grossa, sicut bos et equa, mulus et asinus, solvant duodecim denarios turonensium ; de quibus octo sint domini Mirapiscis, et quatuor dicti messegarii.

III. Et quod animalia minuta, sicut capra et ovis, videlicet, quod capra solvat quatuor denarios turonensium et ovis duos denarios turonensium, et porcus duos denarios turonensium ; quorum medietas sit dicti domini, et alia medietas dicti messegarii.

IV. Quas penas seu iusticias voluerunt dicti consules levari et haberi ab illis qui culpabiles reperti fuerint in dicto nemore de Planafaia, et per illos, prout supra dictum est et expressum, protestantes dicti consules, pro se et nominibus quibus supra, specialiter et expresse, quod, per presentem ordinationem seu penarum impositionem, non intendunt renunciare in aliquo iuri suo et dicte universitatis et singulorum hominum de eadem, et incartamento super hiis eisdem et dicte universitati concesso per dominum Mirapiscis supradictum, et aliis pactis seu conditionibus contentis in dicto instrumento seu incartamento, et specialiter quin possint dictas penas seu iusticias mutare, minuere et aucmentare et penitus eas abolere, quando eis videbitur faciendum, pro libito voluntatis, et alios custodes seu messegarios apponere et presentare et presentatos penitus amovere.

Et ibidem predicti presentati iuraverunt ad sancta Dei evangelia bene et fideliter dictum nemus custodire pro posse suo, et delinquentes seu culpabiles repertos in dicto nemore revelare et denunciare baiulo Mirapiscis seu aliis officialibus dicti domini Mirapiscis. Quo iuramento prestito ab eisdem, predictus dominus senescallus mandavit eisdem messegariis ut dictum nemus custodiant bene et fideliter et delinquentes significent baiulo et curialibus dicti domini Mirapiscis. Et ad requisitionem dictorum consulum et de mandato dicti domini senescalli, Guillelmus de Stagello, preco publicus ville Miraspiscis, alta voce et cum tuba sonante, preconizavit et mandavit, ex parte domini Mirapiscis, quod nullus, sive sit de Mirapisce, sive de alibi, sit ausus scindere aut aliud dampnum dare, nec cum animalibus intrare in nemore de Planafaia sub penis predictis, quas publice denunciavit et declaravit, ut supra dictum est, et significans omnibus dixit quod quicumque homo contra fecerit vel venerit solvet, pro modo delinquendi, dumtaxat penas predictas.

Acta fuerunt hec anno et die quibus supra, coram operatorio notarie Mirapiscis, in presencia et testimonio magistri Michaelis

Marie, Guillelmi Audivini, Petri Terrene, Petri Morati, notariorum de Mirapisce et, mei Raimundi Geraldi de Mirapisce, publici notarii ville et terre Mirapiscis, qui requisitus per dictes consules, nunc cartam recepi et scripsi et signavi.

Hoc est transcriptum dicti instrumenti de verbo ad verbum.

XIV. — *Accord fait entre Jean de Lévis, d'une part, les consuls et la communauté de Mirepoix, de l'autre, pour régler la largeur des caves ou fossés, rues et chemins de cette ville.* (Pièce 5 du Cartulaire.)

18 Avril 1304

In Dei nomine amen. Quum fragilis et labilis sit hominum memoria et rerum turbam et multitudinem non sufficiat retinere, provide statutum est a sapientibus viris ut recte decisa negocia litterarum scriptura vel memoria perpetuentur, ne, forte processu temporis, propter oblivionem vel maliciam excogitatam hominum, in recidive contentionis recidant labirintum.

Idcirco, presentis pagine testimonio, omnibus et singulis, presentibus et futuris, manifestum existat quod, suborta materia questionis et discordie inter consules ville Mirapiscis, pro se et universitate eiusdem ville et singulis de eadem, ex una parte, et procuratorem et alios officiales nobilis viri domini Iohannis de Levis, domini Mirapiscis, ex altera, occasione, ut dicebatur, et ratione limitationum cavarum et viarum designatarum et concessarum, interius et exterius, circumcirca villam predictam, tempore constructionis et edificationis et fundamenti eiusdem ville, per egregium virum, inclite recordationis, dominum Guidonem de Levis, dominum Mirapiscis, seu eius officiales ad predicta deputatos, quia dicti consules asserebant et dicebant, nominibus quibus supra, predictam limitationem fuisse concessam et designatam tam pro cavis quam pro viis seu carreriis, intus et exterius, quindecim brachiarum seu perticarum domini in amplitudine, in eundo circumcirca dictam villam, videlicet pro cavis sex brachias in amplo, pro via exteriori contigua dictis cavis circumcirca dictam villam quatuor brachias (1), et pro alia via interiori dictis cavis contigua a parte dicte ville

(1) Dans le texte du cartulaire, les deux lignes précédentes avaient été répétées ; nous n'en avons pas tenu compte.

quinque brachias eundo circumcirca villam predictam, dictisque officialibus et procuratore dicti domini Mirapiscis contrarium dicentibus et asserentibus, et super hiis longo tempore fuisset, ut dicitur, altercatum et materia discordie et questionis perdurasset inter eos propter multas indebitas novitates, pro quibus dicti consules dicebant se, nominibus quibus supra, opprimi et multipliciter aggravari, tandem discreti viri Arnaldus Borelli, Iacobus Donadei, Bernardus Hugonis, consules, suo et nomine tocius universitatis dicte ville et singulorum eiusdem, humiliter supplicarunt predicto domino Mirapiscis ut predictam questionis et dissentionis materiam duceret revocandam, ne, inter ipsos dominum et eius officiales et eosdem consules et universitatem predictam, amodo, occasione predicta, aliqua materia inimiciarum, seditionis et discordie valeat aut debeat immisceri, sed quod super predictis statueret, faceret et ordinaret ad votum et ad eius bene placitum, et quod sibi videbitur ordinandum, pro sue libito voluntatis, de predictis faciat perpetuo compleri et inviolabiliter observari.

I. Quibus propositis et supplicatis per dictos consules, prefatus dominus Ioannes de Levis, dominus Mirapiscis, inclinatus precibus et supplicationibus dictorum consulum, ad eorum instanciam et ad favorem dicte universitatis, volens omnem materiam questionis et dissentionis predicte interpollatam aut interposituram (1), occasione predicta, removeri, voluit et ordinavit quod cave sive fossati, seu pertinencie earum sint et esse debeant libere, perpetuo, in amplo sex brachiarum seu perticarum mensure ipsius domini, cum qua mensurari est consuetum terras et localia ville Mirapiscis, eundo circumcirca dictam villam, prout ordinatum et concessum fuit, ut dicitur, tempore edificationis ville predicte, per dominum patrem eius, felicis recordationis, memoratum.

II. Item ordinavit quod via interior, contigua dictis cavis et localibus dicte ville confrontantibus dictis cavis, via predicta in medio libere sit perpetuo et maneat quinque brachiarum et perticarum predictarum in amplitudine, continue eundo circumcirca dictam villam inter dictam villam et cavas predictas.

III. Item voluit et ordinavit quod via, seu carreria exterior, contigua

(1) Pour *interponendam*.

dictis cavis, libere sit quatuor brachiarum seu perticarum predictarum in amplo, de capite quadruvii orti sive localis Iohannis de Sancto Arnulpho, quod fuit quondam Guidonis de Marliaco, aliter dicti parvi, quod est iuxta viam et tenenciam Iohannis Lebraterii, eundo recte et sequendo dictam cavam versus orientem usque ad tenenciam magistri Arnaldi Batalhe, in qua est columbarium, et deinde eundo et ascendendo et sequendo dictas cavas usque ad partem meridianam; et deinde descendendo versus partem circii usque ad caput vie et quadruvii, quod est ante tenanciam Bernardi de Berga, in qua est columbarium, et iuxta tenenciam Gerardi Rozaudi de Mirapisce.

IV. Deinde voluit et ordinavit quod via predicta exterior, dictis cavis contigua, de dicto quadruvio et tenancia Gerardi Rozaudi, descendendo et eundo usque circium et redeundo ad dictum quadruvium Iohannis de Sancto Arnulpho, sit et remaneat perpetuo trium brachiarum seu perticarum predictarum in amplitudine.

Protestatus fuit tamen dictus dominus Mirapiscis et voluit quod domus, que est Guillelmi Petri, carpentarii, iuxta domum Dei, sit et remaneat in statu in quo nunc est, salvo tamen et retento iure dictis consulibus et universitati predicte et successoribus eorumdem. Quod si, necessitate vigente, propter cavas predictas faciendas in posterum, ut est ordinatum, dictam domum opportuerit destrui aut dissipari, quod destruatur et dissipetur, prout in pertinenciis dictarum cavarum et vie exterioris predicte est edificata, sufficienti emenda tamen precedente, que fiat dicto Guillelmo Petri et successoribus suis per dictos consules seu eos, qui pro tempore fuerint, et universitatem predictam et successorum eiusdem, et locus ipse pertinenciis dictarum cavarum et vie predicte perpetuo applicetur.

Que omnia predicta et singula, prout supra sunt ordinata et expressa, predictus dominus Miraspiscis, assistentibus pluribus officialibus suis et deliberato consilio cum eisdem, et voluntate gratuita, dedit donando et concessit predictis consulibus, presentibus et recipientibus pro se et nominibus quibus supra, et toti universitati dicte ville et omnibus universis et singulis dicte universitatis eiusdem et successoribus et heredibus omnibus dicte universitatis et singulorum de eadem, et michi, Raimundo Geraldi,

notario publico dicti domini, ad eiusdem domini mandatum, stipulanti et recipienti vice et nomine dicte universitatis, et omnium universorum eiusdem et singulorum de eadem et successorum omnium eorumdem, salvo tamen in omnibus iure et dominio suo et successorum suorum.

Ad que omnia et singula predicti consules, pro se et nominibus quibus supra, se concordantes et ea volentes dictam ordinationem et donationem et concessionem gratanter et cum reverencia debita recipientes a dicto domino Mirapiscis, ut est ordinatum et expressum, ratificaverunt et approbaverunt, et ea omnia voluerunt et concesserunt rata et grata et firma per universitatem predictam et singulos eiusdem et eorum successores haberi perpetuo, sine fraude.

Acta fuerunt hec omnia in castro Mirapiscis, anno Christi incarnationis millesimo trecentesimo quarto, regnante Philippo, rege Francorum, decimo quarto kalendas madii, in presencia et testimonio domini Iohannis de Riparia, militis, magistri Micahelis Marie, Raimundi Iohannis, Guillelmi Marie, notariorum, Bernardi de Berga, Arnaldi Columbi, magistri Hugonis de Abeleriis, Raimundi Donadei, maioris dierum, de Mirapisce, et mei, Raimundi Geraldi, notarii publici ville et terre Mirapiscis, qui cartam istam recepi, iussu dicti domini Mirapiscis et, ad requisitionem dictorum consulum, omnia predicta et singula stipulatus fui vice et nomine dicte universitatis ville Mirapiscis et singulorum de eadem, et scripsi et signo meo signavi.

Hoc est transcriptum ab originali instrumento sumptum per me, Guillelmum Helie, notarium publicum Mirapiscis.

XV. — *Confirmation faite par Jean de Lévis aux habitants de Mirepoix des coutumes et privilèges accordés par Guy de Lévis, son père.* (Pièce 16 du Cartulaire.)

9 Janvier 1304 (1305, *n. s.*)

Presentis pagine testimonio omnibus universis et singulis manifestum existat quod, quum fragilis et labilis sit hominum memoria, rerumque turbam et negociorum multitudinem non sufficiat retinere, provide statutum est a sapientibus viris ut recte decisa negocia litterarum scriptura vel memoria perempnentur (1) ne, forte processu temporis, propter oblivionem vel maliciam excogitatam hominum, in recidive contestationis recidant labirintum.

Idcirco, quum super quibusdam capitulis infrascriptis continentibus libertates et privilegia concessa per inclite recordationis dominum Guidonem de Levis, quondam dominum Mirapiscis, universitati hominum ville Mirapiscis et singulis de eadem et eorum successoribus, aliqua obscura et dubia viderentur, que possent inter nobilem et magnificum virum dominum Iohannem de Levis, nunc dominum Mirapiscis, et suos, et universitatem Mirapiscis et singulos de eadem provocare materiam questionis, dictus nobilis et magnificus vir dominus Iohannes de Levis, dominus Mirapiscis, volens quod infrascripta hiis scriptis presentibus perempnentur memorie in eternum, volensque etiam et affectans bonum statum et pacificum suorum subditorum, etiam suum et successorum suorum, libertates et privilegia dicte universati et singulis de eadem concessa non solum conservare intendens, verum etiam aucmentare et eosdem favore prosequi gracioso, nedum solum discordiam seu questionem, set questionis et discordie materiam omnimodam amputare ac etiam resecare, ad declarationem, expositionem et augmentationem, necnon ad specialem concessionem infrascriptarum libertatum privilegiorum processit in hunc modum :

(1) *Perempnentur* pour *perennentur*.

Quum inclite recordationis dominus Guido de Levis, quondam dominus Mirapiscis, pater dicti nobilis et magnifici viri domini Iohannis de Levis, nunc domini Mirapiscis, dicte universitati et singulis de eadem et eorum successoribus graciose concessisset quod homines dicte universitatis, universi et singuli, presentes et futuri, possent bona sua, mobilia et immobilia, et etiam si transferrent se ad aliud dominium, retinere et habere iuxta statutum Appamiarum, in premissis voluit observare dictus nobilis et potens vir dominus Iohannes de Levis, dominus Mirapiscis, attendens quod grata subiectorum obsequia grata debent merita reportare, ut qui fideles sunt fideliores existant, et ceteri ad devotionem et fiduciam fortius et fiducius attendantur, voluit, ex sui liberalitate, ordinavit et donavit et concessit, pro se et successoribus suis, dicte universitati et singulis de eadem et eorum successoribus in perpetuum, presentibus et futuris :

I. Quod, cum omnibus bonis, mobilibus et immobilibus et se moventibus, et cum precio mobilium et immobilium et se moventium, si ea vendere velint, libere et absque impedimento aliquo valeant, ad quodcumque aliud dominium voluerint, se transferre. Et si nolint bona sua, mobilia et immobilia et se moventia, vendere, quod eadem possint retinere licite et habere et eadem explectare per se vel per alium seu alios, et eadem bona dare aut vendere, quando velint, et suam in omnibus inde facere voluntatem, ut ceteri habitatores ville Mirapiscis, simili gaudeant libertate, et quod census et terre merita domino predicto et suis successoribus, presentibus et futuris, de bonis suis immobilibus debita et solvi consueta solvant et solvere teneantur, quamdiu dicta bona tenebunt, salvo tamen quod, si cessarent solvere canonem seu pensionem et terrarum merita de bonis immobilibus que haberent, ultra tempus a iure statutum, quod in bonis ipsis, occasione predicta, possint uti seu dictus dominus Mirapiscis, seu sui successores, iure sibi competenti ratione canonis non soluti.

II. Et quod in aliis statutum, nec usus, nec consuetudo Appamiarum nullatenus observetur contra dominum Mirapiscis predictum.

III. Voluitque etiam dictus dominus Iohannes de Levis, dominus

Mirapiscis, donavit et concessit pro se et suis successoribus, presentibus et futuris, dicte universitati et singulis de eadem et successoribus suis quod, in contractibus emphitheoticis vel accapitorum, venditionum, laudimiorum aut impignorationum vel quorumcumque aliorum, nulla conditio apponatur per ipsum dominum Mirapiscis aut suos posteros, vel alios, eorum nomine, vel per alios quoscumque, per quos possint predicta in aliquo impediri, et specialiter quod clausula que dicit : « dum sub dominio fueritis domini Mirapiscis », nullatenus apponatur, et quod, si apposita fuerit in aliquo instrumento accapitorum vel emptionum vel impignorationum alicuius de hominibus ville Mirapiscis, pro non apposita habeatur.

IV. Item super eo quod fuerat concessum per dictum dominum Guidonem de Levis, quondam dominum Mirapiscis, progenitorem dicti domini Iohannis de Levis, nunc domini Mirapiscis, dicte universitati et singulis de eadem quod possessiones, quas vendere vellent, non retinerentur per ipsum dominum vel alium eius nomine, causa revendendi incontinenti, voluit dictus nobilis et potens vir dominus Iohannes de Levis, nunc dominus Mirapiscis, pro se et suis successoribus, donavit et concessit libere dicte universitati ville Mirapiscis et singulis de eadem et eorum successoribus quod dictus dominus Iohannes aut sui posteri, seu alius vel alii eorum nomine, nequeant possessiones venditas dictis hominibus, universis et singulis, aut per ipsos aliis, pro eodem precio vel alio, retinere causa revendendi, donandi aut aliter in aliquem transferendi quoquo modo, nisi ad usum proprium ipsius domini Mirapiscis et successorum suorum et pro sua necessitate tunc evidenti, quando vellet, eadem retinere.

V. Item super eo quod fuerat concessum dicte universitati ville Mirapiscis et singulis de eadem per dictum dominum Guidonem de Levis, quondam dominum Mirapiscis, quod possent piscari, prout tempore suo domini patris sui et avi consueverant, voluit dictus nobilis et potens vir dominus Iohannes de Levis, nunc dominus Mirapiscis, pro se et suis successoribus, ordinavit, donavit et concessit dicte universitati et singulis de eadem et eorum successoribus quod possint piscari libere, quando et quoquo loco et modo

velint, exceptis dumtaxat piscariis artificialiter factis extra flumina publica vel aquas currentes, sine lesione tamen et dampno dando in paxeriis ipsius domini Mirapiscis cum burquis (1) vel aliter, et exceptis morrutis (2) seu viveriis, que sunt ipsius nobilis viri domini Mirapiscis predicti.

VI. Item super eo quod fuerat concessum per dictum dominum Guidonem de Levis, quondam dominum Mirapiscis, dicte universitati et singulis de eadem quod possent libere eligere consules idoneos, presentandos baiulo domini Mirapiscis, qui eorum reciperet iuramenta, voluit dictus nobilis et potens vir dominus Iohannes de Levis, dominus Mirapiscis, ordinavit, donavit et concessit dicte universitati et singulis de eadem et eorum successoribus in perpetuum, pro se et suis successoribus, quod possint eligere et creare consules idoneos, ad regendum officium consulatus dicte ville Mirapiscis, quos presentent, post eorum electionem, dicto domino Mirapiscis vel eius locum tenenti, qui eorum recipiat iuramenta.

VII. Item super eo quod dictus dominus Guido de Levis, quondam dominus Mirapiscis, ordinavit quod baiulus, notarius et servientes domino, sine mercede annua et conventa, essent liberi a collecta, voluit dictus nobilis et potens vir dominus Iohannes de Levis, dominus Mirapiscis, ordinavit, donavit et concessit dicte universitati et singulis de eadem et eorum successoribus, pro se et suis successoribus, quod illud cesset cum collecta, de qua intelligebatur, cesset et sit remissa.

VIII. Item super eo quod dictus dominus Guido de Levis, quondam dominus Mirapiscis, concesserat et donaverat dicte universitati et singulis de eadem et eorum successoribus quod possent eligere messegarios idoneos, presentandos domino Mirapiscis, vel eius baiulo, qui eorum reciperet iuramenta, et quod dominus Mirapiscis haberet medietatem banni, et messegarii aliam medietatem, prout hactenus haberi consuevit, voluit dictus nobilis et potens vir

(1) Dans le glossaire de Ducange, on ne trouve que le mot *burca* se rapprochant de *burquis* et qui signifie *mare, égout*. Peut-être y a-t-il une faute de copie et faut-il *barcis* (barques).

(2) *Morrutis,* ce mot, qui n'est pas dans le glossaire de Ducange, semble être un synonime de *viveriis,* et signifier des viviers et réservoirs.

dominus Iohannes de Levis, dominus Mirapiscis, pro se et suis successoribus, donavit et concessit dicte universitati et singulis de eadem et eorum successoribus, quod dicti consules ville Mirapiscis, qui nunc sunt vel pro tempore fuerint, possint eligere, quando et quocienscumque voluerint, ponere et instituere messegarios qui regant officium bandayrie et messegayrie tocius territorii ville Mirapiscis, presentandos baiulo ville Mirapiscis vel eius locum tenenti, qui eorum recipiat iuramenta, et etiam possessiones custodiant (1) que sunt vel erunt hominum ville Mirapiscis contigue territorio ville Mirapiscis, et etiam quod custodiant possessiones hominum ville Mirapiscis, prout, temporibus retro lapsis, consueverunt custodire.

IX. Voluit tamen dictus nobilis vir dominus Iohannes de Levis, dominus Mirapicis, quod messegarii villarum suarum vicinarum ville Mirapiscis possint custodire possessiones hominum ville Mirapiscis, que sunt vel erunt infra eorumdem territorium et terminalium, et quod dicti bannerii seu messegarii ville Mirapiscis habeant ex integro omnia banna minuta, minora quinque solidis turonensium, et quod de bannis quinque solidorum turonensium habeant dicti messegarii ville Mirapiscis duodecim denarios turonensium, et de grossis seu magnis bannis, que de nocte inveniuntur, videlicet sexaginta solidorum turonensium, dicti messegarii ville Mirapiscis habeant quinque solidos turonensium tantum, et quod residuum omnium bannorum et iusticiarum sit ipsius domini Mirapiscis predicti et successorum suorum.

X. Item voluit, donavit et concessit et promisit dictus nobilis et potens vir dominus Iohannes de Levis, dominus Mirapiscis, pro se et successoribus suis, dicte universitati et singulis de eadem et eorum successoribus, quod expensis suis propriis construat et reficiat, quotiens opus erit, et constructum et refectum tenebit sufficienter et bene pontem vocatum de Cletis super aquam seu flumen Yrcii iuxta ciminterium ville Mirapiscis, ita quod possit haberi sufficiens transitus de castro Mirapiscis ad villam novam Mirapiscis. Et hoc promisit facere dictus dominus Mirapiscis pro uno

(1) Il s'agit ici des mességuiers et non du baile dont la mission consiste à recevoir la prestation de serment des messeguiers présentés par les consuls.

denario censuali, quem annuatim recepit a singulis ignibus ville Mirapiscis.

XI. Item donavit dictus nobilis et potens vir dominus Iohannes de Levis, dominus Mirapiscis, pro se et suis, dicte universitati et singulis de eadem et usui publico hominum ville Mirapiscis deputavit et successorum suorum quamdam peciam terre inferius confrontatam, ad habendam, tenendam, explectandam et etiam defendendam pro libito voluntatis, reservata tamen iusticia ipsi domino Mirapiscis et suis, ut in ceteris ripariis dicte ville Mirapiscis ; ita tamen quod dicta universitas dictam peciam terre teneat plantatam arboribus et paratam causa repellendi aquam Yrcii iuxta eam currentem, ne, per dictam terram, aqua dampnum inferat piscario dicti domini, vicino dicte terre. Et si contingeret quod in dicta terra esset necessaria paxeria ad repellendam aquam occasione predicta, quod dicta universitas teneatur facere et reficere ipsam paxeriam sufficientem, ad noticiam magistri carpentarii domini Mirapiscis predicti.

Dicta vero pecia terre confrontatur de altano in flumine Yrcii et in tenencia ville ; a circio in tenencia ville et in tenencia Guillelmi de Narbonna et Bernardi Fabri de Sancta Aulalia et Iohannis Grangerii de Mirapisce ; a meridie in tenencia heredum Matei Teulerii, Guillelmi Audivini et Guillelmi Vezola et heredum Petri de Heucio, Arnaudi de Beceto, et in tenencia Guillelmi Baronis ; ab aquilone, in dicto flumine Yrcii.

XII. Item voluit, donavit et concessit dictus nobilis et potens vir dominus Iohannes de Levis, dominus Mirapiscis, pro se et suis successoribus, dicte universitati et singulis de eadem et eorum successoribus, quod localia, data per senescallum suum, contigua ciminterio dicte ville Mirapiscis (1), ad domificandum, remaneant, et quod nullus in ipsis domificet, et quod semper ipse locus remaneat pro carriera et usu publico dicte ville Mirapiscis, ad hoc ut transeuntes videre possint ciminterium et pro defunctis orare.

Quibus peractis, dictis et completis, fuit actum, iniunctum et

(1) Terrains concédés pour bâtir des maisons ; il s'ensuit, d'après le reste de la phrase, qu'ils doivent rester libres.

mandatum per dominum Iohannem de Levis, dominum Mirapiscis predictum, michi, Raimundo Iohanni, notario infrascripto, quod de premissis, omnibus et singulis, possim et debeam, ad requisitionem dicte universitatis ville Mirapiscis et singulorum de eadem, facere [tot] et tanta instrumenta publica quot et quanta habere voluerint de predictis.

Acta fuerunt hec in domo [Fratrum] Minorum ville Mirapiscis, videlicet in capitulo dicte domus, sub anno incarnationis Domini millesimo trecentisimo quarto, illustrissimo rege Philippo Francorum regnante, quinto idus ianuarii, in presencia et testimonio religiosorum virorum domini fratris Guidonis de Levis, fratris primogeniti dicti domini Mirapiscis, fratris Guillelmi Donati, gardiani Fratrum Minorum de Mirapisce, fratris Donati de Pruneto, fratris Petri Raimundi Rainaldi, de ordine Fratrum Minorum, domini Philippi de Riparia, militis, senescalli terre dicti domini Mirapiscis, domini Guillelmi Amelii, rectoris ecclesie Mirapiscis, domini Arnaudi de Na Maurina, presbiteri, magistri Michaelis Marie, procuratoris dicti domini Mirapiscis, Petri de Malorasio, baiuli ville Mirapiscis, Bertrandi de Mazeriis, Petri Terrene, Petri Martini, Raimundi Guiraudi, Guillelmi Marie, notariorum ville Mirapiscis, et etiam plurium aliorum proborum virorum de dicta universitate ville Mirapiscis, et quorumdam aliorum locorum, et etiam in presencia mei, Raimundi Iohannis, notarii publici ville et terre Mirapiscis, ac etiam aliorum plurium procerum qui, de mandato dicti nobilis et potentis viri domini Iohannis de Levis, domini Mirapiscis, et ad requisitionem Guillelmi Iaufruni, Petri Terrene, carnificis, Gassoti de Solano, et Raimundi Garaudi, consulum ville Mirapiscis, ibidem presentium, cartam istam recepi, scripsi et in formam publicam redegi.

Hoc est transcriptum dicti instrumenti in hoc libro scriptum et positum per me, Guillelmum Helye, publicum Mirapiscis notarium, prout in hoc libro continetur.

XVI. — *Délaissement fait à la ville par plusieurs habitants de Mirepoix de l'emplacement de maisons situées de chaque côté de la rue qui conduit au pont de l'Hers.* (Pièce 15 du Cartulaire.)

8 Février 1304 (1305, *n. s.*)

Anno Incarnationis Domini millesimo trecentesimo quarto, rege Philippo regnante, die lune post festum purificationis beate Marie februarii, noverint universi, presentes pariter et futuri, quod nos, Donatus Azemarii Faber, Bernardus Gastonis, Petrus Molas, Iohannes Marescalli, Iohannes Molas, et Iohannes de Lacosta, omnes habitatores ville Mirapiscis, gratis, per nos et heredes et successores nostros, presentes et futuros, et de voluntate et assensu curie nobilis viri domini Iohannis de Levis, domini Mirapiscis, et suorum, solvimus, difinimus et quittamus, nunc et in perpetunm, omnia iura nostra, voces et actiones, que habemus vel habere debemus, vel que nobis pertinent vel pertinere debent aliquo modo, cum instrumentis vel sine instrumentis, ex causa donationis nobis facte per dominum Philippum de Riparia, militem, senescallum dicti domini Mirapiscis, in quibusdam localibus domorum, que erant loco vocato inter viam publicam qua itur apud pontem, ex una parte, et ciminterium parrochiale ville Mirapiscis, ex altera ; et incipiebant de porta dicti ciminterii usque ad prope flumen Yrcii.

Hanc autem quittationem et difinitionem, seu absolutiomem facimus et meliori modo, quo melius potest dici, scribi vel intelligi, bona fide, ad utilitatem et commodum tocius universitatis ville Mirapiscis, vobis, dominis consulibus eiusdem universitatis, scilicet, Gasse de Solano, Guillelmo Iaufruni, et Raimundo Garaudi, pro vobis et nomine dicte universitatis recipientibus, pactumque perpetuum de non petendo aliquid ulterius de predictis, tibi, notario infrascripto, stipulanti et recipienti nomine et vice dictorum consulum et homimun dicte universitatis, faciendo. Et si carta, carte vel alie scripture contra ipsos consules et homines dicte universitatis pro-

ducerentur in iudicio vel extra, nobis vel nostris non possint prodesse, vel eisdem consulibus et hominibus dicte universitatis obesse ; sed ea penitus cancellari et irritari mandamus ac etiam annullari.

Huius rei sunt testes Rogerius Raynardi, Petrus Stephani de Mazeriis, magister Micahel Marie, Petrus Raimundi Iaufruni de Mirapisce, Huguetus Piscator (1) de Mazeriis, et ego, Raimundus Iohannis, notarius publicus ville et terre Mirapiscis qui, iussu predictorum, hanc cartam scripsi.

Hoc est transcriptum instrumenti predicti, scriptum de verbo ad verbum per me, Guillelmun Helie, publicum Mirapiscis notarium, in hoc libro scriptum, prout superius continetur.

(1) *Piscator*, Pescaire, nom assez commun dans la région.

XVII. — *Compromis arbitral passé entre Jean de Lévis, seigneur de Mirepoix, et son frère François de Lévis, seigneur de Lagarde et Montségur, pour la division et la délimitation de la juridiction entre leurs fiefs de Mirepoix et de Paissels.* (Pièce 11 du Cartulaire.)

11-15 Juillet 1305

Anno Domini millesimo trecentesimo quinto, regnante Philippo, rege Francorum, quinto [idus] iulii (1), noverint universi, presentes pariter et futuri, quod, suborta materia questionis inter nobilem virum dominum Iohannem de Levis, dominum Mirapiscis, ex una parte, et nobilem virum Franciscum de Levis, domicellum, dominum Montis Securi, ex parte altera, occasione terminalium villarum de Mirapisce et de Paxellis, prout sunt contigua, super limitationibus earumdem et metis, tandem predicti nobiles, tractatu plurimorum nobilium virorum, amicorum suorum, interveniente et habito diligenter super predictis, ipsam materiam questionis et discordie cupientes, ut dixerunt, [finire] totaliter et gratiose, libero animo, dederunt et concesserunt plenam ac liberam licenciam et potestatem nobilibus viris domino Philippo de Riparia, militi, senescallo terre dicti domini Mirapiscis, et Thome de Salesio, domicello, senescallo terre dicti domini Montis Securi, presentibus et in eorum presencia constitutis, quod possint et valeant dicta terminalia villarum iam dictarum, prout sunt contigua, limitare, bodulare, terminare, ac etiam designare iuxta suam voluntatem, et prout eorum discretioni videbitur fore faciendum.

Quam limitationem, bodulationem, terminationem ac designationem, sic per eosdem nobiles factam super et de dictis terminalibus, iidem nobiles, videlicet dominus Mirapiscis et dominus Montis

(1) Les actes suivants de délimitation, passés entre les deux frères, sont datés du v des ides de juillet (11 juillet). Le copiste a dû, dans la transcription de l'acte ci-dessus, n° xvii, oublier le mot *idus* après *quinto ;* ce serait une dérogation à l'usage adopté dans la datation du cartulaire, d'après laquelle on emploie les calendes, ides, etc., et non les quantièmes du mois. Aussi avons-nous rétabli le mot *idus* après *quinto : V. idus.*

Securi ratam et gratam ac firmam et validam, pro se et successoribus suis, habere promiserunt perpetuo, sine fraude, et eam tenere et servare ac complere et in nullo contravenire, bona fide.

Horum omnium sunt testes frater Guido de Levis, ordinis Minorum, magister Guillelmus de Gozenchis, iurisperitus, dominus Robertus de Riparia, miles, Hestachius de Levis, domicellus, magister Micahel Marie, procurator dicti domini Mirapiscis, Bernardus de Bergua, Theobaldus Marescalli, Petrus Terrene, notarius de Mirapisce.

Post hec, anno quo supra, pridie idus iulii, prenominati nobiles, videlicet dominus Philippus de Riparia, miles, senescallus terre dicti domini Mirapiscis, et Thomas de Salesio, domicellus, senescallus terre dicti domini Montis Securi, ad subsequencia destinati auctoritate premissa, cupientes dictam questionem sopire, necnon volentes terminalia dictarum villarum, ut sunt contigua sibi ipsis, terminare et designare, personaliter accedentes, pretextu quorum dictus constrastus extitit ortus, visis etiam et inspectis ipsis locis et eorum oculis subiectis, [ab] eisdemque diligenti informatione super eis habita cum quibusdam hominibus ville Mirapiscis et aliquibus ville de Paxellis, dictam questionem terminando et eam perpetuo sopiendo, dicta terminalia limitaverunt, bodulaverunt et designarunt, ut sequitur, ita videlicet incipiendo a campo heredum Arnaudi Fabri de Paxellis, in quo terminatur territorium de Beceto versus terminale de Mirapisce, in quadam bodula lapidea, que est inter dictum campum et inter nemus de Planafaia.

Que bodula dividit terminalia de Paxellis et de Mirapisce, et deinde, recte eundo et ascendendo, prout dicta bodula protenditur, per vallum de Planafaia, ipsum vallum sequendo recte de bodula in bodulam usque ad terram Raimundi Basterii de Mirapisce, ipsam terram nichilominus remando *(sic)* sub terminali de Paxellis, et deinde eundo de bodula in bodulam usque ad bodulam lapideam positam in campo heredum Petri Fabri Mascaronis de Mirapisce ; et deinde recte eundo supra dictum campum, dictum campum remanendo sub terminali de Mirapisce usque ad caput dicti campi, quod est contiguum tenencie Petri Iohannis de Paxellis, in quo capite dicti campi est quedam bodula lapidea, que dividit dicta terminalia, et de dicta bodula recte eundo et descendendo usque ad aliam bodulam,

que est lapidea, posita in capite diviti campi, et deinde usque ad mediam viam proximam dicto campo, et deinde recte eundo per dictam viam usque ad aliam bodulam lapideam, que est in quadruvio dicte vie, et deinde eundo per viam usque ad aliam bodulam lapideam, que est in passu, per quem currit aqua versus Mirapiscem, et deinde recte eundo per quemdam vallum, qui dividit campum heredum Petri Fabri Mascaronis et campum Petri Durandi, et deinde recte eundo usque ad bodulam lapideam, que est in capite dicti valli, et de dicta bodula recte eundo et transeundo rivum de Contirone usque ad caput vinee magistri Arnaudi Peyssho, in quo est quedam bodula lapidea, que dividit dicta terminalia una cum aliis bodulis supra dictis.

Ita videlicet quod omnes terre et possessiones, situate infra dictos limites versus villam Mirapiscis, sint de dominio, districtu, iuridictione et terminali dicte ville Mirapiscis, et census, et taxe et alia ipsarum terrarum merita dicto domino Mirapiscis et suis perpetuo reddantur et persolvantur ; et ille terre et possessiones, situate infra dictos limites versus villam de Paxellis et territorium eiusdem, sint de dominio, districtu, iuridictione et terminali ville de Paxellis, et census et taxe, et alia terrarum ipsarum merita dicto domino Montis Securi reddantur et suis et persolvantur perpetuo, pacifice et quiete.

Huius rei sunt testes dominus Robertus de Riparia, miles, Estachius de Levis, domicellus, magister Guillelmus de Gozenchis, magister Micahel Marie, Theobaldus Marescalli, Petrus Terrene de Mirapisce, notarius.

Post que, anno quo supra, idus iulii, prefati nobiles, videlicet dominus Mirapiscis et dominus Montis Securi, habita relatione dictarum limitationum et designationum per dictos nobiles senescallos factarum, ut premissum est, et eis exposita diligenter substancia et forma earumdem, easdem limitationes pro se et suis nichilominum approbantes et confirmantes, voluerunt, dederunt et concesserunt michi, notario infrascripto stipulanti et recipienti vice et nomine omnium illorum, quorum interest vel interesse potest aut poterit in futurum, quod, si aliqui homines ville Mirapiscis tenent et possident vel habent terras aut alias possessiones in et sub termi-

nali ville de Paxellis, quod aliud, preter quam terrarum ipsarum merita consueta, dare et contribuere [non] teneantur dicto domino Montis Securi et suis, nec etiam quistis, collectis, taliis et aliis exactionibus dicte ville de Paxellis, nisi prout consueverint dare et contribuere temporibus retroactis, sed quod deinceps ipsi homines et sui sint immunes et liberi perpetuo ab exactionibus ante dictis. Et vice versa, si dicti homines de Paxellis, seu aliqui eorum, tenent, possident vel habent terras aut alias possessiones in et sub terminali ville de Mirapisce et districtu eiusdem, quod aliud dare et contribuere dicto domino Mirapiscis et suis non teneantur, nisi ipsarum terrarum merita consueta, nec etiam quistis, collectis, taliis et exactionibus, que fierent in dicta villa Mirapiscis, contribuere teneantur, nisi in eis vel similibus dare et contribuere consueverint temporibus retroactis, sed quod ipsi homines et sui sint perpetuo immunes et liberi ab exactionibus predictis et contributione earumdem.

Huius rei sunt testes frater Guido de Levis, ordinis Minorum, dominus Petrus de Malorasio, dominus Iohannes de Buco, milites, magister Guillelmus de Gozenchis, magister Micahel Marie, Petrus Terrene, notarius de Mirapisce, et ego, Raimundus Giraldi de Mirapisce, publicus notarius terre dicti domini Mirapiscis et terre dicti domini Montis Securi, qui, iussu dictorum dominorum, hanc cartam recepi et scripsi, et omnia predicta stipulatus fui et signo meo signavi.

Hoc est transcriptum dicti instrumenti per me, Guillelmum Helye, notarium supradictum, in hoc libro scriptum, prout superius continetur.

XVIII. — *Compromis arbitral passé entre Jean de Lévis, seigneur de Mirepoix, et son frère François de Lévis, seigneur de Lagarde et Montségur, pour la division et la délimitation de la juridiction entre leurs fiefs de Mirepoix et de la Bastide-Saint-André* (1). (Pièce 12 du Cartulaire.)

11-15 Juillet 1305

Anno Domini millesimo trecentesimo quinto, rege Philippo Francorum regnante, quinto idus iulii, noverint universi, presentes pariter et futuri, quod, suborta materia dissensionis, contrastus et questionis inter nobilem virum et potentem dominum Iohannem de Levis, dominum Mirapiscis, ex una parte, et nobilem virum Franciscum de Levis, domicellum, dominum Montis Securi, ex parte altera, occasione terminalium villarum de Mirapisce et de Bastida Sancti Andree, prout sunt contigua, et super limitibus earumdem et metis, tandem predicti nobiles, tractatu plurimorum nobilium virorum, amicorum suorum, interveniente et habito diligenter super predictis, ipsam materiam questionis et discordie cupientes, ut dixerunt, [non] tolerari, gracioso et libero animo dederunt et concesserunt plenam ac liberam licenciam et potestatem nobilibus viris domino Philippo de Riparia, militi, senescalo terre dicti domini Mirapiscis, et Thome de Salesio, domicello, senescalo terre dicti domini Montis Securi, presentibus et in eorum presencia constitutis, quod possint et valeant dicta terminalia villarum iam dictarum, prout sunt contigua, limitare, bodulare, terminare ac etiam designare iuxta suam voluntatem, et prout eorum discretioni videbitur fore faciendum.

Quam limitationem, bodulationem, terminationem ac designationem, sic per eosdem nobiles factam super et de dictis terminalibus, iidem nobiles, videlicet dominus Mirapiscis, et dominus Montis Securi ratam et gratam ac firmam et validam, pro se et successo-

(1) Aujourd'hui la Bastide-de-Boussignac, près de Mirepoix, sur la route de Lavelanet.

ribus suis, habere promiserunt perpetuo, sine fraude, et eam tenere et servare ac complere, et non contravenire in aliquo, bona fide.

Horum omnium sunt testes frater Guido de Levis, ordinis Minorum, magister Guillelmus de Gozenchis, iurisperitus, dominus Robertus de Riparia, miles, Bernardus de Bergua, Theobaldus Marescalli, magister Micahel Marie, Petrus Terrene, notarius de Mirapisce.

Post hec, anno quo supra, pridie idus iulii, predicti nobiles, videlicet, dominus Philippus de Riparia et Thomas de Salesio, ad subsequencia destinati, auctoritate premissa, cupientes dictam questionem sopire, necnon volentes dicta terminalia villarum predictarum, ut sunt contigua sibi ipsis, terminare et designare, personaliter accedentes ad loca, pretextu quorum dictus contrastus extitit ortus, visis etiam et inspectis ipsis locis et eorum oculis subiectis, [ab] eisdemque diligenti informatione super eis habita cum quibusdam hominibus ville Mirapiscis et aliquibus ville de Bastida Sancti Andree, dictam questionem penitus terminando et eam perpetuo sopiendo, dicta terminalia limitaverunt, bodulaverunt et designarunt, ut sequitur, videlicet : incipiendo a capite valli, quod est in capite vinee magistri Arnaldi Piscis, in quo est quedam bodula lapidea, que dividit terminalia de Mirapisce et de Bastida, prout dicta bodula protenditur recte eundo per viam iuxta vallum dicte vinee magistri Arnaldi Piscis usque ad rocquam, que est in capite vinee heredum Bernardi de Colia de Mirapisce, in qua est quedam bodula lapidea, et deinde recte eundo et ascendendo per ripam usque ad quandam bodulam lapideam que est in campo.... (1), et deinde recte ascendendo usque ad quandam bodulam lapideam positam in dicto campo iuxta vallum Batudi, heredum magistri Iohannis de Bergua, et deinde recte ascendendo et sequendo dictum vallum de bodula in bodulam usque ad verticem summi montis vocati de Cayrollo, in quo est quedam bodula lapidea, que dividit terminalia antedicta, et deinde recte eundo et descendendo, prout aque versus dividit, de bodula in bodulam usque ad nemus heredum den Sanchas, et deinde recte eundo, dictum nemus remanendo sub terminali de Bastida usque ad quandam bodulam lapideam, que est in campo

(1) En blanc dans le texte.

Bernardi de Villa Nova, in quo est quedam bodula, que dividit tenenciam Arnauldi de Garmazia et tenenciam dicti Bernardi de Villa Nova, et de dicta recte eundo per quandam ripam usque ad quemdam vallum dicti Arnaldi de Garmazia, et deinde recte sequendo dictum vallum, qui dividit tenenciam dicti Arnaldi de Garmazia et tenenciam Ameliorum de Bastida Sancti Andree, usque ad ripam que dividit tenenciam dictorum Ameliorum ad tenenciam Petri Raimundi Den Hatone, in qua ripa est quedam bodula lapidea, que dividit terminalia iamdicta, et deinde sequendo dictam ripam usque ad quemdam regum, qui dividit decimalia de Bastida et Sancti Iohannis de Heremo et est in terra dicti Petri Raimundi Hatonis, in quo rego est bodula iuxta caput terre dictorum Ameliorum, et deinde recte sequendo dictum regum per tenenciam dicti Petri Raimundi Hatonis usque ad vallum, qui dividit tenenciam dicti Petri Raimundi, prout est nemorosa, ad tenanciam eiusdem, prout est terra culta, et deinde recte descendendo usque ad rivum per tenenciam dicti Petri Raimundi, et deinde recte ascendendo per dictum rivum usque ad tenenciam Theobaldi Marescalli et ad tenenciam heredum Stephani de Baiulo.

Ita videlicet ordinaverunt predicti nobiles quod omnes terre et possessiones, situate infra dictos limites usque ad villam Mirapiscis et territorium eiusdem, sint de dominio, districtu et iurisdictione et terminali ville Mirapiscis, et census, taxe et alia ipsarum terrarum merita consueta dicto domino Mirapiscis et suis reddantur et persolvantur perpetuo, pacifice et quiete. Et alie omnes terre sive possessiones, quecumque sint, situate infra predictos limites usque ad villam de Bastida et territorium eiusdem, sint de dominio, districtu et iurisdictione et terminali ville de Bastida sepedicte, et census, taxe et alia ipsarum terrarum merita consueta dicto domino Montis Securi reddantur perpetuo et solvantur et successoribus suis, pacifice et quiete.

Huius rei sunt testes magister Michael Marie, Theobaldus Marescalli, Guilotus de Riparia, Iohannes Cernini de Mirapisce.

Post hec, anno quo supra, idus iulii, prenominati nobiles, videlicet dominus Mirapiscis et dominus Montis Securi, habita relatione dictarum limitationum et designationum per dictos senescallos

factarum, ut premissum est, et eis exposita diligenter substancia et forma earumdem, easdem limitationes nichilominus in presenti, pro se et successoribus, approbantes et confirmantes, voluerunt, dederunt et concesserunt michi, notario infrascripto, stipulanti et recipienti vice et nomine omnium illorum quorum interest vel interesse potest aut poterit in futurum, quod, si aliqui homines ville Mirapiscis tenent et possident vel habent terras aut alias possessiones in et sub terminali de Bastida et dominio et districtu eiusdem, quod aliud dare et contribuere dicto domino Montis Securi et suis non teneantur, nisi solum census, taxas et alia terrarum merita consueta, nec etiam quistis, collectis et taliis et aliis exactionibus dicte Bastide dare et solvere teneantur, nisi ipsis seu earum similibus dare consueverint temporibus retroactis, sed quod deinceps ipsi homines et sui sint perpetuo immunes, liberi et quitti, ab exactionibus antedictis.

Et, vice versa, si dicti homines de Bastida, seu aliqui eorum, tenent, possident terras aut alias possessiones in et sub terminali et dominio et districtu dicte ville Miraspiscis, quod aliud dare, solvere et contribuere non teneantur dicto domino Mirapiscis et suis, nisi solum taxas, census et alia ipsarum terrarum merita consueta, nec etiam quistis, collectis et taliis et aliis exactionibus dicte ville Mirapiscis, que fient per tempora in eadem, nisi ipsis seu earum similibus dare et solvere consueverint temporibus retro lapsis, et deinceps ipsi homines et sui sint immunes, liberi et quitti ab exactionibus antedictis.

Huius rei sunt testes frater Guido de Levis, ordinis Minorum, dominus Petrus de Malorasio, dominus Iohannes de Buco, milites, magister Guillelmus de Gozenchis, magister Micahel Marie, Petrus Terrene, notarius de Mirapisce, et ego, Raimundus Geraldi de Mirapisce, publicus notarius terre dicti domini Mirapiscis et terre dicti domini Montis Securi, qui, iussu dictorum dominorum, hanc cartam recepi et scripsi, et predicta stipulatus fui et signo meo signavi.

Hoc est dicti instrumenti translatum per me, Guillemum Helye, publicum Mirapiscis notarium, in hoc libro scriptum, ut superius continetur.

XIX. — *Compromis arbitral passé entre Jean de Lévis, seigneur de Mirepoix, et son frère François de Lévis, seigneur de Lagarde et Montségur, pour la division et délimitation de la juridiction entre leurs fiefs de Mirepoix et de Besset.* (Pièce 13 du Cartulaire.)

11-15 Juillet 1305

Anno Domini millesimo trecentesimo quinto, rege Philippo Francorum regnante, quinto idus iulii, noverint universi presentes, pariter et futuri, quod, suborta materia dissensionis, discordie et contrastus inter nobilem virum et potentem dominum Iohannem de Levis, dominum Mirapiscis, ex parte una, et nobilem virum Franciscum de Levis, domicellum, dominum Montis Securi, ex parte altera, occasione terminalium villarum de Mirapisce et de Beceto, prout sunt contigua, et super limitibus earumdem et metis, tandem predicti nobiles, tractatu plurimorum nobilium virorum, amicorum suorum, interveniente et habito diligenter super predictis, ipsam materiam questionis et discordie cupientes, ut dixerunt, [non] tolerari, gracioso et libero animo, dederunt et concesserunt plenam ac liberam licenciam et potestatem nobilibus viris Eustachio de Levis, domicello, eorum fratri, et domino Roberto de Riparia, militi, presentibus et in eorum presencia constitutis, et in se sponte suscipientibus, pro dicta questione tollenda et sopienda, quod possint et valeant dicta terminalia villarum iam dictarum, prout sunt contigua, limitare, bodulare, terminare ac etiam designare iuxta suam voluntatem, et prout eorum discretioni videbitur fore faciendum.

Quam limitationem, bodulationem, terminationem ac designationem, sic per eosdem nobiles factam super et de dictis terminalibus, iidem nobiles, videlicet, dominus Mirapiscis et dominus Montis Securi ratam et gratam ac firmam et validam, pro se et successoribus suis, habere promiserunt perpetuo, sine fraude, et eam tenere, servare ac complere, et in nullo contravenire, bona fide.

Horum omnium fuerunt testes frater Guido de Levis, ordinis Minorum, magister Guillelmus de Gozenchis, iurisperitus, dominus

Philippus de Riparia, miles, Bernardus de Bergua, Spinosus Audivini, Theobaldus Marescalli de Mirapisce, Thomas de Salesio, domicellus, senescalus terre domini Francisci, magister Micahel Marie, procurator dicti domini Mirapiscis, Petrus Terrene, notarius de Mirapisce.

Post hec, anno quo supra, pridie idus iulii, memorati nobiles, videlicet, Eustachius de Levis, et dominus Robertus de Riparia, ad subsequencia destinati, auctoritate premissa, cupientes dictam questionem sopire, necnon volentes dicta terminalia villarum predictarum, ut sunt contigua sibi ipsis, terminare et designare, personaliter accedentes ad loca, pretextu quorum contrastus extitit ortus, visis etiam et inspectis ipsis locis et eorum oculis subiectis, [ab] eisdemque diligenti informatione super eis habita cum quibusdam hominibus ville Mirapiscis et aliquibus ville de Beceto, dictam questionem penitus terminando et eam perpetuo sopiendo, dicta terminalia limitaverunt, bodularunt et designarunt, ut sequitur, videlicet : incipiendo subtus pratum Petri Scuderii de Beceto, quod habet prope fontem de Salice, qui fons est in via publica, in flumine Yrcii. Iuxta quod flumen voluerunt et mandaverunt apponi unam columpnam de cor (1) cum quadam bodula lapidea ; que columpna et bodula sint meta que dividat dicta terminalia, prout protenduntur et diriguntur, recte eundo et ascendendo usque ad quandam bodulam lapideam, que est in capite valli campi dicti Petri Scuderii, et de dicta bodula recte eundo et sequendo dictum vallum usque ad aliam bodulam lapideam, que est in via publica, et de dicta bodula recte eundo et transeundo dictam viam et ascendendo recte usque ad caput cuiusdam valli qui est in campo Petri Scuderii, in quo est alia bodula lapidea, et deinde recte eundo, ascendendo et sequendo dictum vallum usque ad aliam bodulam lapideam, que est iuxta nemus de Planafaia, et deinde recte eundo et descendendo, versus circium, iuxta dictum nemus, usque ad aliam bodulam lapideam, que est iuxta rivum vocatum de Puteis ; qui rivus etiam sit meta, et deinde sequendo dictum rivum et ascendendo usque ad partem meridianam, prout dictus rivus protenditur usque ad quandam bodulam

(1) *Cor*, en cœur de bois de chêne.

lapideam, que est inter campum heredum Arnaudi Fabri de Paxellis et inter nemus de Planafaia ; qui rivus dividat dicta terminalia, et sit meta sive bodula, prout eius cursus protenditur.

Ita videlicet quod voluerunt, dixerunt et ordinaverunt dicti nobiles, auctoritate supra eis attributa, quod omnes possessiones et terre, quecumque sint, situate infra dictos limites usque ad villam Mirapiscis, sint de dominio et iurisdictione dicti domini Mirapiscis et de terminali ville Mirapiscis et districtu eiusdem, et fructus reddituum et proventuum ipsarum possessionum ipso domino Mirapiscis et suis applicentur.

Rursum dixerunt et voluerunt quod omnes terre et possessiones, situate infra dictos limites usque ad villam de Beceto, sint perpetuo de dominio et iurisdictione dicti domini Montis Securi et de districtu et de terminali ville de Beceto, et redditus et proventus ipsarum terrarum dicto domino Montis Securi et suis, perpetuo et libere, applicentur.

Huius rei sunt testes dominus Philippus de Riparia, miles, senescallus terre dicti domini Mirapiscis, magister Micahel Marie, procurator dicti domini Mirapiscis, Thomas de Salesio, domicellus, senescallus terre dicti domini Montis Securi, Petrus Catalani, procurator eiusdem domini, Theobaldus Marescalli de Mirapisce, Petrus Terrene, notarius de Mirapisce.

Post que, anno quo supra, idus iulii, prefati nobiles, videlicet, dominus Mirapiscis et dominus Montis Securi, habita relatione dictarum limitationum et designationum per dictos nobiles Eustachium de Levis et dictum Robertum de Riparia factarum, ut premissum est, et eis exposita diligenter substancia et forma earumdem, easdem limitationes, pro se et suis, nichilominus approbantes et confirmantes, voluerunt et concesserunt michi, notario infrascripto, stipulanti et recipienti vice et nomine omnium illorum quorum interest vel interesse potest aut poterit in futurum, quod, si aliqui homines ville Mirapiscis tenent et possident vel habent terras aut alias possessiones sub terminali de Beceto et dominio et districtu eiusdem, quod aliud, preterquam terre merita consueta, dare et contribuere non teneantur dicto domino Montis Securi et suis, nec etiam quistis et collectis et aliis exactionibus dicte ville de Beceto, nisi prout

consueverint dare temporibus retroactis, et quod deinceps sint immunes et liberi perpetuo ab exactionibus antedictis.

Et vice versa, si dicti homines de Beceto, seu aliqui eorum, tenent et possident vel habent terras vel alias possessiones in et sub terminali et dominio et districtu dicte ville Mirapiscis, quod aliud dare et contribuere dicto domino Mirapiscis non teneantur, nisi solum ipsarum terrarum merita consueta, nec etiam quistis et collectis aut aliis exactionibus contribuere teneantur, que fient in dicta villa Mirapiscis, nisi dare et contribuere consueverint temporibus retro lapsis, sed quod ipsi homines et sui sint immunes et liberi perpetuo ab exactionibus antedictis.

Huius rei sunt testes frater Guido de Levis, ordinis Minorum, dominus Philippus de Riparia, dominus Petrus de Malorasio, dominus Iohannes de Buco, milites, magister Guillelmus de Gozenchis, magister Micahel Marie, Petrus Terrene, notarius de Mirapisce, et ego, Raimundus Geraldi de Mirapisce, publicus notarius terre dictorum domini Mirapiscis et Montis Securi, qui omnibus predictis interfui et hanc cartam recepi et scripsi et predicta stipulatus fui et signo meo solito signavi.

Hoc est transcriptum predicti instrumenti scriptum et positum in hoc libro per me, Guillelmum Helie, publicum Mirapiscis notarium, prout superius continetur transcriptum predictum.

XX. — *Transaction conclue entre Jean de Lévis, seigneur de Mirepoix, et son frère François de Lévis, seigneur de Lagarde et de Montségur concernant : 1° la leude de Lagarde, que François, tout en y conservant certains droits de juridiction, autorise de faire affermer et gérer avec celle de Mirepoix, moyennant une redevance de dix livres tournois à lui payée annuellement ; 2° la cession du service d'une rente ; 3° la propriété et la délimitation de divers biens à Cayrol, à Roumengoux et en d'autres lieux.* (N° 26 du Cartulaire.)

11-15 Juillet 1305.

Anno Domini millesimo trecentesimo quinto, regnante domino Philippo, rege Francorum, quinto idus iulii, noverint universi, presentes pariter et futuri, quod, suborta materia questionis, dissensionis et discordie atque contrastus inter nobilem et potentem virum dominum Iohannem de Levis, dominum Mirapiscis, ex una parte, et nobilem virum Franciscum de Levis, domicellum, dominum Montis Securi, ex altera, occasione et ratione leude de Garda, et pretextu portionum vinearum et aliorum reddituum situatorum in loco vocato ad Cayrollum et pertinenciarum dicti loci, quas leudam et portiones et alios redditus idem dominus Mirapiscis sibi asserebat de iure pertinere, dicto Francisco in contrarium asserente et dicente, necnon contrastus motus esset, inter ipsos nobiles, super prato vocato de Angelis et quibusdam terris et possessionibus et pertinentiis et iuribus eorum dicto prato contiguis et super pratis aliis dictis in territorio et terminali de Romengosio et de Casali Baiulorum, pro eo et ex eo quod uterque dominorum predictorum ipsa loca, prata, terras et possessiones sibi dicebant et asserebant pertinere, tandem prefati nobiles, eorumdem tractatu interveniente plurimorum aliorum nobilium, amicorum suorum, super predictis, ad pacem et concordiam amicabilem, inter se componendo et pacem reformando, venerunt ut sequitur, videlicet :

Quod dominus Franciscus, pro se et suis heredibus et successoribus, presentibus et futuris, voluit et concessit liberaliter et gratuita voluntate, in perpetuum, omni fraudis et doli suspicione

remota, quod leuda, una cum leuda de Mirapisce, cum suis pertinenciis et iuribus, simul vendatur per dominum Mirapiscis predictum et eius successores, seu per eius gentes, prout vendi consuevit per ipsum dominum Mirapiscis et eius predecessores seu eorum gentes, temporibus retro lapsis, et quod arrendator leudarum predictarum, qui ipsas leudas a dicto domino Mirapiscis et eius successoribus arrendabit, teneatur dare et solvere, ratione dicte leude de Garda, dicto Francisco et eius successoribus, anno quolibet, in festo Nativitatis Domini, decem libras Turonensium, tantum apud Gardam. Ad quas decem libras Turonensium dandas et persolvendas dicto Francisco et suis, quolibet anno, in dicto termino, ut est dictum, eidem Francisco dictus arrendator dictarum leudarum se obliget idonee et sufficienter. Promittens idem Franciscus dicto domino Mirapiscis, presenti et recipienti pro se et suis successoribus, et michi, notario infrascripto, stipulanti et recipienti cum eodem domino Mirapiscis et pro eodem et pro aliis omnibus quorum interest vel interesse poterit in futurum, quod ipse permittet dicto domino Mirapiscis et eius successoribus et arrendatoribus earum dictarum leudarum de Mirapisce et de Garda percipere et habere et recolligere dictam leudam et eius emolumenta de Garda in pace, et impedimento quocumque remoto, et quod in eiusdem leude de Garda perceptione nullum impedimentum prestabit arrendatoribus antedictis, imo suum auxilium et consilium prestare promisit perpetuo, sine fraude.

Fuit tamen actum et pactum expresse et conventum inter ipsos nobiles quod omnis iurisdictio, alta et bassa, ex integro, sit et remaneat in dicta leuda et super eadem et eius leudario de Garda dicto Francisco et eius successoribus ; omnia alia vero emolumenta, redditus et proventus dicte leude de Garda sint et remaneant dicto domino Mirapiscis et eius successoribus, perpetuo, seu eorum arrendatoribus et collectoribus leudarum antedictarum, excepto tamen quod, si aliquod furtum committeretur in dicta leuda et ratione dicte leude de Garda et in eius leudario, quod medietas iusticie sit dicti Francisci et eius successorum, et alia medietas sit dicti domini Mirapiscis, seu arrendatoribus suarum leudarum predictarum.

Preterea, quum predictus nobilis vir, dominus Mirapiscis, teneatur

et sit obligatus, cum publico instrumento, dare et solvere, perpetuo, annis singulis, in festo Omnium Sanctorum, Aufredo de Armeno et Isabelli, eius matri, quatuor modia frumenti et viginti libras Turonensium annui redditus, idem nobilis vir Franciscus de Levis, sponte, in se suscipiens dictam obligationem, ad onus persolvendi bladum et denarios predictos Aufredo predicto et eius matri, pro se et suis successoribus, nomine et loco dicti domini Mirapiscis, promisit eidem domino predicta quatuor modia frumenti et viginti libras Turonensium annui redditus dare et solvere, perpetuo, in dicto termino, dicto Aufredo et matri sue predicte, et ea sibi assignare et constituere in certo loco et bene valenti competenter, ita quod, de assignatione predicta, predicti Aufredus et eius mater erunt ab eodem Francisco perpacati pariter et contenti, et ipsum dominum Mirapiscis et suos a dicta obligatione servent quittos, liberos et indempnes, sub obligatione omnium bonorum suorum, presencium et futurorum, et sub omni iuris renuntiatione qualibet et cautela. Et exinde promisit se facturum et curaturum quod dicti Aufredus et eius mater predicta quittabunt et difinient et remittent, cum publico instrumento, dicto domino Mirapiscis et suis quicquid ab eo petere seu exigere poterant aut possent, occasione dicte obligationis bladi et denarium predictorum aut aliter, quoquo modo, et quod dictum instrumentum obligationis predicte eidem restituent atque reddent.

Item prefatus nobilis dominus Mirapiscis, liberaliter et gratuita voluntate, pro se et suis heredibus et successoribus, quittavit in perpetuum et absolvit et penitus remisit domino Francisco, presenti et recipienti pro se et suis successoribus, quicquid iuris et actionis idem dominus Mirapiscis habebat et habere debebat et sibi pertinere poterat, quoquo iure et ratione, in vinherio sito loco vocato ad Cayrollum et in pertinenciis eiusdem et in perceptione reddituum, proventuum et emolumentorum, sive portionum et servitiorum vinearum et terrarum in dicto loco de Cayrollo et pertinentiis eiusdem situatorum, ita quod deinceps idem dominus Franciscus gaudeat et gaudere debeat et possit, sibi et suis sit licitum perpetuo percipere et habere redditus omnes et proventus loci predicti, et alio quolibet iure gaudeat in dicto loco ut dominus loci eiusdem.

Item super discordia et contrastu, qui erat aut esse sperabatur inter dictos nobiles super prato sito loco vocato de Angelis et aliis terris et possessionibus sibi contiguis, et super limitatione et designatione territorii seu terminalium ville Mirapiscis et de Romengosio in dicto loco de Angelis, fuit ita actum et concordatum inter nobiles predictos quod, in capite prati vocati de Angelis, iuxta flumen Yrcii, prout est contiguum prato Spinosi Audivini de Miraspice, inter ipsum pratum de Angelis et pratum dicti Spinosi, ponatur quedam meta sive bodula, que dividat territorium ville Mirapiscis et territorium de Romengosio, et quod dicta bodula sive meta protendatur sequendo dictum pratum de Angelis, prout dividitur cum prato Spinosi Audivini, ipsum pratum de Angelis remanendo dicto domino Mirapiscis et suis, et recte eundo usque ad quamdam nucem, que est sita in terra Den Stacabues; iuxta quam nucem apponatur alia bodula sive meta, que protendatur eundo recte usque ad regum vinerium de Angelis, ipsum regum transeundo ; iuxta quem vallum et in eius ripa, que est in terra Bernardi de Villasenherio et fratris sui, ponatur alia bodula sive meta, que protendatur eundo recte usque ad quandam albariam, que est in via publica prope pratum de Carrayris ; iuxta quam albariam ponatur alia bodula sive meta, que protendatur eundo recte usque ad vallum prati de Carrayris; in cuius valli capite a parte altani ponatur alia bodula sive meta, que protendatur eundo recte et sequendo dictum vallum usque ad Roquetam perforatam, que est in ripa supra pratum predictum de Carrayris ; in qua Roqueta ponatur alia bodula sive meta.

Ita videlicet volentes et concedentes predicti nobiles quod omnes terre et possessiones, quecumque sint, et specialiter quoddam pratum, quod esse dicitur domini Bertrandi de Romengosio, seu ab eo tenetur, prout sunt infra dictos limites a parte et versus partem Mirapiscis, sint perpetuo eiusdem domini Mirapiscis et eius iurisdictione et de districtu et territorio ville Mirapiscis, ab eodem domino Mirapiscis teneantur, census et taxe et alia terrarum merita eidem domino Mirapiscis et suis persolvantur et reddantur.

Alie vero terre, prata et possessiones, quecumque sint, prout sunt infra dictos limites versus villam de Romengosio, sint dicti Francisci et de eius et suorum iurisdictione et de districtu et territorio ville

de Romengosio et ab eodem Francisco et suis teneantur, taxe et servicia et alia terrarum merita eidem Francisco et suis persolvantur et reddantur.

Qui etiam dictus Franciscus promisit dicto domino Mirapiscis se facturum et curaturum quod dictus dominus Bertrandus quittabit et remittet dicto domino Mirapiscis et suis quicquid iuris habet et sibi pertinet in prato predicto, quod ab ipso dicitur teneri in loco de Angelis supra dicto, et quod de eodem emendam sibi faciet congruam et competentem. Ita est actum quod ipsum pratum dicto domino Mirapiscis remaneat aut ab ipso teneatur perpetuo, ut est dictum, sub rerum suarum ypotecha.

Item super contrastu, qui erat inter ipsos nobiles supra pratis aliis omnibus, situatis in terminalibus de Romengosio et de Casali Baiulorum sive Montis Aurioli, fuit ita actum inter eos quod prefatus nobilis dominus Mirapiscis, pro se et suis successoribus, quittavit et remisit penitus eidem Francisco et suis quicquid iuris aut actionis idem dominus Mirapiscis habebat seu habere poterat aliquo iure vel ratione in pratis predictis.

Item fuit actum et concordatum inter ipsos nobiles et per eos concessum quod homines de Mirapisce, qui terras et possessiones tenent et possident sub districtu et iurisdictione ville de Romengosio et de Bastida Sancti Andree, de Paxellis et de Beceto, non teneantur dare vel solvere et contribuere quistis, taliis seu collectis aliis faciendis in dictis villis, ratione terrarum et possessionum predictarum, nisi dare et solvere et contribuere eisdem consueverint temporibus retroactis, sed quod solvere et reddere teneantur dicto Francisco et suis census et taxas et terrarum merita consueta.

Et vice versa, si homines de Romengosio, de Bastida Sancti Andree, de Paxillis et de Beceto tenent et habent et possident aliquas terras vel possessiones sub districtu et iurisdictione ville Mirapiscis, quod pro eisdem terris et possessionibus non teneantur dare, solvere et contribuere quistis et collectis faciendis in dicta villa Mirapiscis, nisi dare et solvere et contribuere consueverint temporibus retrolapsis, sed solum solvere et reddere ipso domino Mirapiscis et suis census et taxas et terrarum merita teneantur.

Fuit etiam actum et pactum et retentum inter ipsos nobiles et

per eosdem quod, si inter ipsos alia pacta seu obligationes sint et fuerint cum publicis instrumentis vel aliter, quod non intendant in aliquo renunciare per permissa super eis, sed ea rata et firma permanere voluerunt, donec fine debito terminentur.

Huius rei sunt testes frater Guido de Levis, ordinis Minorum, dominus Robertus de Riparia, dominus Philippus de Riparia, milites, Eustachius de Levis, domicellus, magister Guillelmus de Gozenchis, iurisperitus, Bernardus de Bergua, Spinosus Audivini, magister Micahel Marie, Petrus Terrene, notarius de Mirapisce, Thomas de Salesio, domicellus, Bernardus Amati de Malagoda.

15 Juillet 1305

Post hec, anno quo supra, idus iulii, prefatus nobilis Franciscus de Levis, domicellus, volens pacta per ipsum cum nobili viro domino Iohanne de Levis, domino Mirapiscis, super facto Aufredi de Armeno et eius matris adimplere, eidem domino Mirapiscis presentavit predictum Aufredum et Isabellem, matrem eiusdem. Qui Aufredus, et eius mater predicta, expositis diligenter sibi eis omnibus que dictus Franciscus promiserat dicto domino Mirapiscis fieri et quittari per eosdem, in presencia nobilis domini Mirapiscis constituti et mei, notarii, et testium subscriptorum, gratis et libero animo, de iure suo certiorati et instructi, ut dixerunt, quittaverunt et absolverunt et penitus remiserunt eidem domino Mirapiscis, pro se et suis successoribus ac heredibus recipienti et stipulanti, quicquid iuris et actionis ipse Aufredus et eius mater habebant et habere debebant aut sibi et suis competebat vel competere poterat in et super bonis dicti domini Mirapiscis, ratione assignationis facte per ipsum dominum Mirapiscis dicto Aufredo et eius matri predicte de quatuor modiis frumenti et viginti libris Turonensium annui redditus, cum publico instrumento, inde confecto per manum Guillelmi Marie, notarii publici domini nostri regis, sigilloque maiore dicti domini Mirapiscis sigillato.

In cuius quittationis et absolutionis signum, eidem domino Mirapiscis, in presencia mei, notarii, et testium subscriptorum, dictum instrumentum, sigillo maiore dicti domini Mirapiscis sigillatum impendenti, ut prima facie apparebat, restituerunt et reddiderunt,

animo libero et gratuita voluntate. Quod instrumentum annullari voluerunt et concesserunt et carere perpetuo omni roboris firmitate, pactum firmum et perpetuum et sollempne eidem domino Mirapiscis faciendo de non amplius seu ulterius aliquid petendo seu exigendo de predictis in iudicio vel extra, ullo modo, volentes presentem quittationem et absolutionem et remissionem perpetuo valere et in suo robore permanere.

Actum est hoc in presencia et testimonio fratris Guidonis de Levis, ordinis Minorum, domini Philippi de Riparia, domini Petri de Malorasio, domini Iohannis de Buco, militum, Eustachii de Levis, domicelli, magistri Guillelmi de Gozenchis, iurisperiti, magistri Micahel Marie, Petri Terrene, notarii de Mirapisce, et Theobaldi Marescalli dicti loci, et Thome de Salesio, domicelli, quondam de Bastida Den Richard, et mei, Ramundi Geraldi de Mirapisce, publici notarii ville et terre Mirapiscis et terre domini Montis Securi, qui, predictis omnibus interfui et, mandatus et requisitus per dictos dominos nobiles, hanc cartam scripsi et recepi et signo meo signavi.

Manque la formule de transcription.

XXI. — *Transaction, à la suite d'arbitrage, passée, entre les consuls de Mirepoix et le précepteur du Temple de Mirepoix et de Nogarède, au sujet de la dépaissance et de la coupe dans les bois voisins de ceux appartenant à l'ordre du Temple.*

1° *Choix des arbitres et détermination des conditions de la transaction.*

2° *Décision des arbitres.* (Pièce 19 du Cartulaire.)

5 Novembre 1306

Anno Domini millesimo trecentesimo sexto, domino Philippo, illustrissimo Francorum rege, regnante, VIII idus novembris, presentis instrumenti serie, universis et singulis pateſiat quod, cum suborta foret questionis seu dissensionis materia inter discretos viros Raimundum de Arcisio, Petrum de Mazeriis, Arnaldum Terrene, et Spinosum Audivini, consules ville Mirapiscis, pro se et nomine universitatis hominum ville Mirapiscis et singulorum de eadem, ex parte una, et religiosum virum, fratrem Iohannem de Monte Regali, preceptorem domus Templi de Mirapisce et de Nogareda, pro se et nomine dicte sue preceptorie, ex altera, super possessione, usu et saizina vel quasi iuris talliandi et depascendi, et quolibet alio utendi et explectandi in et de nemoribus seu locis nemorosis vicinis grangie seu boharie dicte domus Templi, vocate de Comagoda, dicte partes, tractantibus pluribus bonis personis, ad earum pacem et concordiam aspirantibus, gratis et concorditer, se compromiserunt, videlicet prenominatus Raimundus de Arcisio, Petrus de Mazeris, et Arnaldus Terrene, pro se et Spinoso Audivini, coconsule suo, et etiam nomine dicte universitatis hominum ville Mirapiscis et singulorum de eadam, quos tangit presens negocium vel potest etiam tangere in futurum, et dictus frates Iohannes, preceptor predictus, pro se et nomine suo et dicte domus preceptorie et pro omnibus illis ordinis sui, quos tangit presens negocium vel potest tangere in futurum, videlicet : in discretum virum Bernardum de Bergua, de Mirapisce, per dictos consules, quibus nominibus, electum, et in religiosum virum, fratrem Guillelmum de Castro Novo,

camerarium domus Templi de Bozenchis, tanquam in arbitros, arbitratores, seu amicabiles compositores, dantes et concedentes dicti compromittentes, quibus supra nominibus, dictis arbitris, arbitratoribus, seu amicabilibus compositoribus, generalem, plenam et liberam potestatem super dicta questione et eam tangentibus se informandi et inquirendi, et eam difinendi, declarandi, interpretandi et determinandi, citatis partibus vel non citatis, vel una citata, alia non citata, presentibus vel absentibus, vel una presente, alia absente, contumaciter vel aliter, servato iuris ordine vel non servato, vel partim servato, partim non servato, vel penitus pretermisso, simul vel divisim, et quod valeat illud quod divisim pronunciarint, quamvis super aliis cessarent dicere dictum suum, stando, sedendo, omni hora, loco, et die feriato vel non feriato, semel vel pluries, et illo modo, forma et via qua eis placuerit et visum fuerit expedire.

Et promiserunt dicti compromittentes, quibus supra nominibus, tenere, servare inviolabiliter et complere, teneri et servari et compleri facere illis omnibus, quorum nominibus se compromiserunt, quicquid supra dicta questione et eam tangentibus per dictos dominos arbitros, arbitratores, seu amicabiles compositores, simul et in unum concorditer, dumtaxat dictum, declaratum, difinitum, interpretatum, sentenciatum vel pronunciatum quovis modo fuerit, ut superius est expressum.

Si vero dicti duo arbitri, arbitratores, seu amicabiles compositores super predictis et pronunciatione, declaratione seu difinitione premissorum in unum convenire non possent, seu aliter cessarent dicere dictum suum, voluerunt dicti compromittentes, quibus supra nominibus, expresse concesserunt quod nobilis et potens vir dominus, Iohannes de Levis, dominus Mirapiscis, per se, nullo arbitro ad hec vocato, ut arbitrator et amicabilis compositor, ipsam questionem et eam tangentia possit difinire, declarare, interpretari et determinare, informatione previa vel non, eo modo, via et forma, quibus sibi placuerit vel visum fuerit expedire.

Et promiserunt dicti compromittentes, quibus supra nominibus, tenere, servare inviolabiliter et complere, teneri et servari et compleri facere illis omnibus, quorum nominibus se conpromiserunt, quicquid per dictos dominos arbitros, arbitratores, seu amicabiles

compositores in unum et simul concordantes, vel per dictum dominum Mirapiscis per se, pronunciatum super premissis, dictum, difinitum, statutum, declaratum, sententiatum, seu interpretatum et ordinatum fuerit, sub pena ducentarum marcarum argenti a partibus compromittentibus, quibus supra nominibus, ad invicem stipulata solempniter et promissa, danda et solvenda a parte inobediente et obedire nolente parti obedienti et obedire volenti. Pro qua quidem pena, si committeretur ab altera partium, solvenda, dicti consules bona omnia dicte universitatis et singulorum de eadem obligarunt, et dictus preceptor bona omnia dicte domus sue et illorum quorum nomine se compromittunt.

Voluerunt tamen et concesserunt dicti compromittentes, quibus supra nominibus, quod, si presens obligatio domino Mirapiscis predicto minus sufficiens videretur vel sibi placeret mandare vel ordinare, ante pronunciationem seu declarationem presentis negocii vel post, super dicta obligatione pene aliud ordinare, quod, pro pena predicta, dicti compromittentes, quibus supra nominibus, iuxta mandatum et ordinationem ipsius domini Mirapiscis, sufficientem prestabunt cautionem et obligationem ad noticiam, voluntatem et preceptum ipsius domini Mirapiscis.

Item voluerunt et concesserunt dicti compromittentes, quibus supra nominibus, quod pena predicta, si ab altera partium committeretur, possit exigi et levari et quod, ipsa exacta, petita vel non, et etiam soluta vel non soluta, nichilominus dictum, pronunciatio et declaratio, seu ordinatio ipsorum arbitrorum, vel ipsius domini Mirapiscis, valeant et in sua permaneant et permanere debeant firmitate, et pactum ratum maneat atque firmum, et quod exinde oriri [non] possint actio et exceptio. Et super eo renunciaverunt dicti comprommittentes, quibus supra nominibus, iuri dicenti ex compromisso « placet actionem et exceptionem non nasci, sed pene petitionem. »

Promiserunt etiam dicti comprommittentes, quibus supra nominibus, quod presens compromissum et dictum, pronunciationem et declarationem dictorum arbitrorum et dictum domini Mirapiscis emologare, approbare, ratificare et confirmare facient iuxta dictum mandatum et ordinationem dicti domini Mirapiscis illis omnibus, quorum nomine se compromiserunt, ut factum perpetuo in tuto

maneat, nec violari, prorumpi valeat, seu in posterum retractari, videlicet, dicti consules universitati et singulis personis de Mirapisce que sufficiant, et dictus preceptor fratribus dicti ordinis vel maiori preceptori, sic quod sufficiant ad premissa.

Voluerunt etiam et concesserunt dicti compromittentes, quibus [supra] nominibus, quod presens compromissum et potestas dictorum arbitrorum et etiam ipsius domini Mirapiscis durent usque ad primum veniens carniprivium, acto tamen et retento quod dictus dominus Mirapiscis tempus ipsius compromissi et potestatem attributam dictis arbitris et sibi, usque ad sequens festum Pasche Domini, ad hec etiam non vocatis partibus, et quum sibi placuerit, valeat prorogare. Et renunciaverunt super premissis dicti compromittentes, quibus supra nominibus, omni exceptioni doli et fraudis et in factum, et omni appelationi, provocationi et recursui arbitrii boni viri, omnique alii iuris auxilio et beneficio, quibus se iuvare possent vel premissa infringere, retractare vel modo aliquo contraire.

Horum omnium fuerunt testes dominus Andreas Deulesal, legum doctor, magister Guillelmus de Gozenchis, magister Petrus Auroili, iurisperiti, magister Micahel Marie, procurator domini Mirapiscis, Raimundus de Marcunhio, domicellus, magister Iordanus de Vallibus, de Appamiis iurisperitus.

Post hec, anno quo supra, dominica carniprivii, comparentibus coram nobili viro, domino Iohanne de Levis, domino Mirapiscis predicto, discreto viro, fratre Iohanne de Monte Regali, preceptore predicto, ex parte una, in castro Mirapiscis, pro se et nomine quo supra, et discretis viris Spinoso Audivini, Petro de Mazeriis, Raimundo de Arcisio, et Arnaldo Terrene, consulibus de Mirapisce, pro se et nominibus quibus supra, ex altera, quum dicti domin, arbitri, arbitratores, seu amicabiles compositores, nec etiam dominus Mirapiscis predictus, multis negociis occupati, decisioni et determinationi predicte questionis et negocii vacasse non potuissent, nec super ea adhuc pronunciassent seu dixissent dictum suum, idem dominus Mirapiscis, iuxta a dictis partibus attributam potestatem in dicto conpromissi instrumento, de voluntate partium predictarumi tempus ipsius compromissi et eorumdem arbitrorum et sui potestatem, modo et forma quibus eisdem in dicto conpromisso et etiam

ipsi domino Mirapiscis attributa fuerat et concessa, et prout in dicti compromissi instrumento contentum est et expressum, prorogavit usque ad primum veniens festum Pasce Domini. Cui prorogationi dicte partes consentientes, ex certa sciencia et expresse, de novo ad cautelam, modo et forma et conditionibus expressis et contentis in dicti compromissi instrumento, in dictos dominos arbitros, arbitratores, seu amicabiles compositores et in eumdem dominum Mirapiscis compromiserunt, eisdem eamdem potestatem contentam et expressam in dicti compromissi instrumento concedentes, ex certa sciencia et expresse. Pena in dicto compromisso contenta, a dictis partibus compromittentibus, quibus supra nominibus, [fuit] stipulata sollempniter et promissa, modo et forma contentis in instrumento compromissi antedicto, sub obligatione, renunciationibus et exceptionibus antedictis.

Horum fuerunt testes dominus Philippus de Riparia, miles, magister Michael Marie, dominus Andreas Deulesal, de Mirapisce, legum doctor.

25 Février 1307

Post que, anno quo supra, die martis post festum sancti Mathie apostoli, religiosus et discretus, vir frater Guillelmus de Castro novo, camerarius de Dozenchis, et discretus Bernardus de Bergua de Mirapisce, arbitri, arbitratores, seu amicabiles compositores predicti in se dictum arbitragium gratis suscipientes, volentes dictas partes ad pacem et concordiam revocare, viam pacis et concordie super hiis eligentes, dictam questionem volentes terminare et declarare et omnem questionis materiam amputare, ad decisionem dicti negocii et questionis processerunt in hunc modum; voluerunt, dixerunt et pronunciaverunt dicti domini arbitri, arbitratores, seu amicabiles compositores :

I. Quod ille locus nemorosus, videlicet quedam ginebreria, que est subtus quamdam viam, que incipit inter vineam Philippi Gozini et vineam Arnaldi Malolli et qua itur versus villam de Scallex, prout bodulabitur et limitabitur, sit et esse debeat perpetuo de usu depascendi et scindendi, et iure scindendi et depascendi, et usu

quolibet alio, dicte universitatis ville Mirapiscis et hominum singulorum de eadem.

II. Item voluerunt, dixerunt et pronunciaverunt dicti domini arbitri arbitratores, seu amicabiles compositores, et sentenciaverunt quod totum nemus, seu locus nemorosus vocatus a la Brogassa, cum omnibus suis pertineneiis undique et iuribus, sit et esse debeat perpetuo de usu depascendi, scindendi et talliandi et secum portandi, et usui perpetuo applicandi pro libito voluntatis et aliter utendi et explectandi, dicte universitatis hominum ville Mirapiscis et singulorum de eadem.

III. Item dixerunt, voluerunt et pronunciaverunt et sentenciaverunt dicti domini arbitratores, seu amicabiles compositores, quod etiam totum nemus, seu locus nemorosus vocatus Faiagarn, cum omnibus suis pertineneiis et iuribus, contiguum nemori predicto de Brogassa, sit similiter et esse debeat perpetuo de usu et iure talliandi, utendi, scindendi ligna et secum portandi, et depascendi, et quolibet modo aliter explectandi, dicte universitatis hominum ville Mirapiscis et singulorum de eadem.

IV. Item dixerunt, voluerunt et pronunciaverunt dicti domini arbitratores, seu amicabiles compositores, quod non est intentionis eorum, per predicta dicta, ordinata et sentenciata per eosdem, quin preceptor, qui nunc est vel pro tempore fuerit, dicta nemora seu loca nemorosa, adiudicata superius dicte universitati Mirapiscis et singulis de eadem, usui depascendi et talliandi, possit extirpare per se vel per alium et in cultum reducere, si et quando voluerit et visum fuerit expedire sibi et domui sue antedicte, et quin ligna, que extirpando et rumpendo inde exierit et fecerit vel [in] parte dictorum nemorum, preceptor predictus, seu eius nomine, sint et esse debeant preceptoris qui dicta nemora extirpabit seu faciet extirpare, et quin in dictis nemoribus preceptor, qui nunc est vel pro tempore fuerit, sua animalia in dictis nemoribus possit depascere, sicut alii homines universitatis antedicte.

V. Et etiam reservarunt dicto preceptori, qui nunc est vel pro tempore fuerit, quod, si contingeret quod dicta nemora seu loca nemorosa talliarentur per singulares homines dicte universitatis,

quod idem preceptor, vel qui pro tempore fuerit, possit ibi talliare et secum portare et usui applicare sui hospicii, ut alteri de universitate antedicta, acto tamen et retento quod, si totum tallivum et ligna dictorum nemorum dicta universitas vellet vendere vel pro communi utilitate applicare et convertere, quod hoc possint dicta universitas seu consules dicti loci facere sine licencia dicti preceptoris et voluntate, et quod totum precium exinde, emolumentum et commodum sint et esse debeant in solidum universitatis antedicte, et quod in illo casu eidem preceptori, nec suis, nec [eis] qui pro tempore fuerint, ibi liceat talliare.

VI. Item dixerunt dicti domini arbitri, arbitratores, seu amicabiles compositores, voluerunt, sentenciaverunt et pronunciaverunt quod cetera nemora, seu loca nemorosa vicina dicte boharie seu grangie de Comagoda, videlicet nemus vocatum la Talhada, et nemus vocatum Lafaia, et nemus contiguum dicte grangie seu boharie subtus usque ad viam predictam, qua itur versus villam de Scallenchis, cum omnibus suis pertinenciis et iuribus, sint et esse debeant perpetuo dicti domini preceptoris et domus sue predicte, que possint perpetuo custodire et defendere ab usu quolibet alieno scindendi et depascendi et aliter explectandi, et inde suam penitus facere voluntatem sine contradictione qualibet et impedimento universitatis predicte et singulorum de eadem.

VII. Item dixerunt, voluerunt et preceperunt dicti domini arbitri, arbitratores, seu amicabiles compositores, partibus compromittentibus antedictis ibidem presentibus, quod dictum et sentenciam ipsorum ratificent et emologent, et confirment, teneant perpetuo et observent et ratificare et approbare faciant, videlicet dictus preceptor magistro provinciali domus Templi, et dicti consules universitati ville Mirapiscis vel tot de illa universitate qui sufficiant ad premissa.

VIII. Hoc fecerunt et compleverunt infra festum Pasce Domini proxime venturum, et hoc partibus preceperunt ex potestate eis concessa et sub pena in compromisso contenta.

IX. Super aliis vero questionibus et controversiis, que inter dictas partes erant et esse poterant usque ad diem presentem, ratione dictorum nemorum seu locorum nemorosorum, dictis par-

tibus silencium perpetuum imponentes, protestati fuerunt dicti domini, arbitri, arbitratores, seu amicabiles compositores, quod per predicta per eos dicta, sentenciata et pronunciata, non intendebant derogare iuri dicti domini Mirapiscis et iuridictioni eiusdem, et quod predicta dicebant et pronunciabant, iure domini Mirapiscis et suorum in omnibus semper salvo.

Acta fuerunt hec in castro Mirapiscis, in presencia et testimonio nobilis et potentis viri, domini Iohannis de Levis, domini Mirapiscis, magistri Micahelis Marie, procuratotis eiusdem domini Mirapiscis, domini Andree Deulesal, legum doctoris, magistri Petri Terrene, Guillelmi Marie, notariorum de Mirapisce, et mei, Bertrandi de Mazeris, publici notarii ville et terre Mirapiscis, qui, premissis omnibus interfui, et requisitus, hanc cartam recepi, scripsi et signo meo signavi.

Hoc est transcriptum dicti instrumenti in hoc libro scriptum de verbo ad verbum per me, Guillelmum Helye, publicum notarium Mirapiscis.

XXII. — *Donation faite aux habitants de Mirepoix par leur seigneur, Jean de Lévis, de plusieurs setiers de terre et de gravier, le long de la rivière de l'Hers, pour servir de biens communaux. — Délimitation et remise des concessions par le sénéchal du seigneur.* (Pièce 14 du Cartulaire.)

27 Avril-12 Juin 1307

Presentibus et futuris, tenore presentis pagine ignotescat qualiter nos, Philippus de Riparia, miles, senescallus terre nobilis et potentis viri, domini Iohannis de Levis, domini Mirapiscis, attendentes qualiter venientes ad presenciam eiusdem domini Mirapiscis, Spinosus Audivini, Raimundus de Arcisio, Petrus de Mazeriis et Arnaudus Terrene, consules universitatis ville Mirapiscis, pro se et nomine universitatis predicte et singulorum de eadem, proposuerunt et dixerunt qualiter tam idem dominus Mirapiscis quam eius predecessores, quam et quidam homines universitatis predicte, aliqua loca, riparias dudum constitutas, datas et assignatas, ut dixerunt, pro ripariis, ademprivo et pro loco publico et usui communi universitatis predicte et singulorum de eadem occupaverant et occupata tenuerant, in eiusdem universitatis et singulorum de eadem, preiudicium et gravamen, requirentes eumdem dominum Mirapiscis, quibus supra nominibus, et humiliter supplicantes eidem, ut sibi placeret, dicta loca communia et riparias antedictas, sicut premissum est, occupatas, restituere ipsis consulibus pro se et quibus supra nominibus recipientibus, et usui publico pristino et ademprivo, universitati predicte et singulis de eadem applicare, constituere et etiam designare, prout ab antiquo data, concessa et designata fuerant universitati predicte ; requirentes insuper consules memorati, pro se et nominibus quibus supra, dictum dominum Mirapiscis ut predictas riparias, tum ut premissum est, occupatas, tum et quas dicta universitas tenet et possidet, placeret facere limitari designari et bodulari ad eternam rei memoriam, nec amodo super confinibus, terminalibus et limitationibus ipsarum ripariarum et locorum communium predictorum

dissensio inter ipsam villam seu universitatem ac ipsum dominum, seu quoscumque alios vicinos universitatis predicte seu particulares homines dicti loci, questio controversiave recidivari valeat seu in posterum suboriri, ut perpetuo tollatur dubitatio de premissis, attendentes etiam quod prefatus nobilis vir, dominus Iohannes de Levis, dominus Mirapiscis, predicte supplicationi et requiste consulum predictorum annuens tanquam iuste, et diligenti aprisia facta per gentes seu officiales suos et sibi relata, ad plenum certificatus de premissis, omnes riparias et loca communia occupata tam per se quam per eius predecessores, seu privatas personas universitatis seu alterius cuiuscumque, [prout] infra subscriptas bodulationes, terminationes et designationes contenta seu comprehensa et inclusa sunt et reperientur, per quascumque personas teneantur seu possideantur et qualicumque modo, iure, casu, titulo vel ratione, idem dominus Mirapiscis, in quantum de iure potest et debet, aliter non, salvo tamen iure et dominio suo, et salvo iure alieno, cui non intendit per predicta vel subsequencia in aliquo derogare, pro se suisque heredibus et successoribus, presentibus et futuris. restituit, dedit et concessit et designavit consulibus memoratis, pro se et universitatis predicte nomine et singulorum de eadem petentibus, stipulantibus et recipientibus, salvo tamen sibi et successoribus suis et retento directo dominio et mero et mixto imperio et omnimoda iurisdictione, alta et bassa, in locis antedictis.

Idcirco, nos, Philippus de Riparia, miles, senescallus predictus, vice et nomine eiusdem domini Mirapiscis, et de speciali mandato nobis horethenus *(sic)* (1) facto, eidemque domino Mirapiscis omnibus hic expressis recitatis et perfectis, restituimus, damus, concedimus et designamus vobis, Spinoso Audivini, Raimundo de Arcisio, Petro de Mazeriis, et Arnaudo Terrene de Mirapisce, consulibus predictis, pro vobis et universitatis predicte nomine et singulorum de eadem petentibus, stipulantibus et recipientibus, tibique, Guillelmo Marie, subscripto publico notario, ad cautelam presenti, stipulanti et recipienti vice et nomine universitatis ville Mirapiscis predicte et singulorum de eadem et omnium quorum interest vel interesse poterit in futurum, omnes riparias et loca communia occupata tam per nobilem virum dominum Iohannem de Levis, dominum Mirapiscis

(1) Il faudrait *harthenus.*

predictum, quam per eius predecessores seu privatas personas universitatis predicte seu alterius cuiuscumque, prout infra scriptas bodulationes, limitationes et designationes contenta, seu comprehensa et inclusa sunt et reperientur, per quascumque personas teneantur seu possideantur, et qualicumque modo, iure, casu, titulo vel ratione, in quantum tamen de iure possumus et debemus, aliter non, salvo tamen iure et dominio predicti domini Mirapiscis, et salvo iure alieno, cui non intendimus per predicta vel subsequencia in aliquo derogare, videlicet, quinquaginta et tres sexteriatas terre cum graveriis, pro ripariis, ademprivo et locis publicis universitatis predicte et singulorum de eadem, volentes et concedentes, vice et nomine quibus supra, vobis, consulibus memoratis, quibus supra nominibus, et universitati predicte et singulis de eadem, stipulatione premissa hic et singulis actibus necessariis specialiter repetitis, quod omnia loca, inclusa et comprehensa infra confrontationes et limitationes subscriptas versus aquam seu flumen Yrcii, sint et esse debeant, perpetuo, libere et sine contradictione cuiusquam, communia adempriva, seu riparie universitatis predicte et singulorum de eadem, et usui publico et ademprivo ipsius universitatis et singulorum de eadem applicentur, ita videlicet quod si, occasione predicta, opporteret aliquam emendam facere privatis personis ville Mirapiscis predicte, si que de predictis accaptaverint a predicto domino seu eius senescallo, seu senescallis vel predecessoribus suis, quod, propter hoc, predictus dominus Mirapiscis non teneatur ad aliquam emendam de accaptatis, a viginti quinque annis supra, sed quod dictus dominus Mirapiscis et sui a predicta emenda sint liberi et immunes; et quod dicti consules et universitas dicte ville et singuli de eadem teneantur ad dictam emendam illi seu illis cui seu quibus possessio auferatur, a dictis viginti quinque annis supra; et a dicto tempore citra dictam emendam faciat dominus Mirapiscis antedictus.

Item volumus et concedimus, nomine et vice quibus supra, quod dicte riparie et loca predicta defendantur et custodiantur per messegarium seu messegarios dicte ville Mirapiscis, ad requisitionem vestrorum consulum predictorum, vel aliorum qui pro tempore fuerint consules predicte universitatis, ab usu et ademprivo cuius-

cumque, tanto tempore quanto vobis placuerit et universitati predicte utile videbitur, et quum vobis ac predicte universitati placuerit usui et etiam ademprivo publico relaxare, [possitis] vobis et universitati predicte et singulis de eadem, soluta tamen iusticia, si defenderentur, ut est dictum, predicto domino Mirapiscis et suis ac etiam messegario seu messegariis predictis pro iure eiusdem competenti, ab omnibus delinquentibus, quandocumque inventi fuerint in loco seu locis antedictis per messegarium seu messegarios predictos ville Mirapiscis supradicte, talem qualem alii delinquentes solvere tenentur, quando sunt inventi in ripariis domini Mirapiscis sepe dicti, retinentes nichilominus in et super predictis quod, si predicta loca ad usum publicum ville predicte Mirapiscis relaxarentur, seu, post defensionem eorumdem, ad ipsum usum reverterentur, ut predictum est, quod animalia ipsius domini Mirapiscis [et] in castro suo Mirapiscis habitancium possint ibidem stare et depascere pro libito sue voluntatis, prout alia animalia dicte universitatis et singulorum de eadem starent et depascerent in locis antedictis.

Volumus tamen, nomine et vice quibus supra, quod vos, predicti consules, nomine vestrorum et universitatis predicte et singulorum de eadem, solvatis, quittetis et in perpetuum dimittatis predicto domino Mirapiscis et suis heredibus et successoribus universis totum ius super usu et saysina possessioneque, si habetis in terris, gravariis et possessionibus, vel unquam habuistis, nomine vestrorum et dicte universitatis, in dictis locis dictarum ripariarum, ultra dictum numerum et limitationes inferius contentas, et sibi et suis pactum faciatis sollempne de non petendo sibi vel successoribus suis aliquid de predictis, et quod omnia et singula predicta ratificetis, approbetis et in nullo contraveniatis, occulte vel manifeste, seu veniri faciatis, et etiam faciatis ratificari, approbari et confirmari universitati ville predicte Mirapiscis vel duabus partibus singulorum hominum de eadem, quandocumque et quocienscumque per dictum dominum Mirapiscis vel suos officiales fueritis requisiti seu moniti.

Et ne a modo super confinibus et terminalibus ripariarum et locorum communium predictorum questio, dissensio inter vos dictos

consules seu universitatem predictam et dominum Mirapiscis vel suos seu quoscumque alios recidivari valeat seu aliqualiter suboriri, et ut omnis tollatur dubitio *(sic)* super eis, dictas riparias et loca communia, prout sunt et esse debent universitatis predicte et singulorum de eadem, ut superius est expressum, idem dominus Mirapiscis bodulari et limitari fecit et designari, et ibidem bodule et limitationes posite fuerunt, de mandato nostri, Philippi de Riparia, militis, senescalli predicti, facto, vice et nomine dicti domini, vocatis ad hoc Raimundo Granelli, Poncio Fabri, Arnaudo Columbi, et Thoma Auriolli, tunc consulibus ville Mirapiscis antedicte. Infra quas limitationes, designationes et bodulationes, seu confrontationes, incluse et comprehense sunt riparie et loca communia antedicta, sub pactis et conditionibus supra dictis.

Predicta autem dicimus et concedimus modo et forma quibus supra, salvis et retentis dicto domino Mirapiscis et suis dominio directo in locis predictis et mero et mixto imperio et omnimoda alia iuridisctione, alta et bassa, et quod per predicta non intendimus iuri alterius, si quod ibi habet, in aliquo preiudicari.

Bodulationes, limitationes, confrontationes et designationes ripariarum et locorum predictorum, de quibus superius facta est mentio specialis, sunt hec que sequuntur :

I. Primo igitur fuit posita una bodula, ligata cuiusdam columpne, in loco vocato Amala, vicina prope flumen Yrici, que affrontatur, ab altano, in tenencia dicte ville, a circio, in tenencia Bernardi de Bergua.

II. Et secunda bodula affrontat, ab altano, in tenencia predicte ville, a circio, in tenencia dicti Bernardi de Bergua, et nostri, Philippi de Riparia, militis, senescalli predicti.

III. Item tercia bodula affrontat, versus meridiem, in tenencia magistri Micahelis Marie, seu Petri Marie, eius filii.

IV. Item quarta bodula affrontat, a meridie, in tenencia domini Theobaldi de Bordis, militis.

V. Item quinta bodula affrontat, a meridie, in tenencia dicti domini Theobaldi de Bordis.

VI. Item sexta bodula affrontat, a circio, in tenencia magistri Guillelmi de Gozenchis.

VII. Septima bodula affrontat, a circio, in tenencia dicti magistri Guillelmi de Gozenchis.

VIII. Octava affrontat, a circio, in tenencia heredum Bernardi de Colia.

IX. Nona affrontat, a circio, in tenencia dictorum Bernardi de Colia.

X. Est sciendum quod totum illud quod est versus partem altani et aquilonis usque ad flumen Yrcii est in et de numero predicto dicte universitatis ville Mirapiscis, prout extenditur de flumine Yrcii usque ad bodulas predictas, et de illa sallicia, que est de flumine Yrcii usque ad ultiman bodulam, sicut durat ipsa sallicia, est de predicta universitate ville Mirapiscis, prout in quibusdam publicis instrumentis confectis per manum Guillelmi Marie infrascripti et aliorum consociorum suorum, notariorum Mirapiscis, de predicta sallicia plenius et latius continetur, excepto tamen quod est via inter ultimam bodulam et salliciam supradictam.

XI. Item fuit posita una bodula in capite sallicie, que erat Guillelmi Baronis, a parte circii, iuxta tenenciam domini et tenenciam Philippi Mathei, et sicut vadit recta via eundo de dicta bodula versus altanum usque ad aliam positam in alio capite sallicie Guillelmi Baronis usque altanum ; et de ipsa bodula recte eundo usque ad caput pontis de Cletis, sicut est de via usque ad dictum flumen.

XII. Item fuit posita una bodula usque ad locum vocatum Conilerias (1) seu Garnelam, iuxta tenenciam Iohannis Audivini ; et affrontat, a circio, in flumine Yrcii, a meridie, in tenencia Iohannis Audivini predicti, et prout poterit iri in recta linea de ipsa bodula usque ad aliam bodulam positam iuxta viam ; et de ipsa bodula usque ad aliam bodulam positam iuxta tenenciam Raimundi Iohannis Sartoris, a parte circii ; et de ipsa bodula usque ad aliam bodulam positam, a parte circii, iuxta tenenciam Iohannis Grangerii ; et de

(1) Deux termes synonimes pour indiquer un endroit clos et réservé pour la garde des lapins. *Conileria,* du mot latin *cuniculus,* lapin ; *garnela,* garenne.

ipsa bodula usque ad aliam positam iuxta tenenciam dicti Iohannis Grangerii, a parte circii ; et de ipsa usque ad aliam positam iuxta tenenciam predicti Iohannis, a parte circii, et de ipsa, usque ad aliam positam usque ad aliam positam, a parte circii, iuxta tenenciam dicti Iohannis ; et de ipsa bodula usque ad aliam positam, a parte circii, iuxta tenenciam dicti Iohannis Grangerii.

XIII. Item prima bodula et ultima, a parte altani, fuit posita iuxta flumen Yrcii, et affrontat, a meridie, in tenencia Petri Raimundi de Raishaco.

XIV. Item fuit alia posita bodula, prout itur recte de dicta bodula usque ad aliam positam, a parte meridiei, iuxta tenencias dicti Petri Raimundi de Raishaco ; et de illa bodula recte eundo usque ad terciam bodulam positam iuxta tenenciam Poncii Fabri, a parte meridiei ; et de illa usque ad aliam positam, a parte meridiei, iuxta tenenciam dicti Poncii, et usque ad aliam positam, a parte meridiei, iuxta tenenciam predicti Poncii ; et de illa usque ad quatuor alias positas, a parte meridiei, iuxta tenenciam Petri Raimundi de Raishaco ; et postea de illis eundo et descendendo usque ad circium, de bodula in bodulam usque ad suprascriptam ultimam bodulam, positam iuxta tenenciam Iohannis Grangerii antedicti.

XV. Et de ipsis bodulis, sicut protenditur subtus ripam usque ad partem circii, est totum universitatis ville Miraspicis antedicte.

XVI. Item ad locum vocatum ad Cambram d'amors fuit posita una bodula in capite cuiusdam prati Pauli de Rodoma iuxta tenenciam Gassoti de Solano, rivo in medio ; et de ipsa bodula recte eundo et ascendendo, versus altanum, ad aliam bodulam, positam iuxtra tenenciam dicti Pauli de Rodoma ; et de eadem recte eundo ad aliam positam bodulam iuxta tenenciam predicti Pauli ; et de ipsa recte eundo ad aliam bodulam, positam in capite prati seu sallicie dicti Pauli de Rodoma, recte eundo ad aliam positam in capite cuiusdam orti Raimundi Mariote ; et de eadem usque ad aliam, que fuit posita iuxta tenenciam Raimundi Rozaudi ; et de eadem eundo ad aliam bodulam positam iuxta tenenciam dicti Raimundi Rozaudi in quadruvio predicte tenencie dicti Raimundi Rozaudi ; et recte eundo ad aliam bodulam, que fuit posita iuxta tenenciam heredum Pegarelli.

XVII. Item fuit posita alia bodula iuxta tenenciam heredum Iacobi Anaperii ; et de eadem recte eundo ad aliam bodulam, que fuit posita iuxta tenenciam Petri Terrene, carnificis, et de ipsa eundo recte ad aliam, que fuit posita iuxta aliam tenenciam dicti Petri Terrene ; et de dicta bodula supra proxima recte eundo ad aliam positam iuxta tenenciam Petri Conilli de Montegalardo, habitatore Mirapiscis ; et de dicta bodula recte eundo ad aliam, que fuit posita iuxta tenenciam Arnaudi Terrene et fratrum suorum ; et de ipsa bodula recte transeundo quamdam carreriam, et eundo ad aliam bodulam positam iuxta tenenciam heredum Arnaudi Augerii ; et de eadem recte eundo ad aliam bodulam positam iuxta tenenciam Arnaudi Bolherii Lobaterii ; et de ipsa bodula eundo recte ad aliam bodulam, que fuit posita iuxta tenenciam Bernardi Bertrandi ; et de ipsa bodula recte eundo ad aliam, que fuit posita iuxta tenenciam dicti Bernardi Bertrandi et iuxta caput pontis de Cletis.

XVIII. Et quicquid est de prima bodula, posita in dicto loco de Cambra d'amors, iuxta tenenciam Pauli de Rodoma usque ad ultimam bodulam, positam iuxta tenenciam Bernardi Bertrandi et iuxta caput pontis, sicut includitur et extenditur a predictis limitationibus seu bodulationibus usque ad meridiem seu flumen Yrcii, est et sit de universitate ville Mirapiscis supradicte.

XIX. Item fuit posita una bodula supra pontem de Cletis iuxta tenenciam Raimundi Fabri, filii quondam Bernardi Fabri, de capite pontis ; et de ipsa bodula recte eundo et ascendendo, versus altanum, usque ad aliam bodulam et ad locum vocatum Belestar, usque ad aliam bodulam positam iuxta tenenciam Iohannis Rascos ; et de eadem eundo ad aliam bodulam, que fuit posita iuxta tenenciam Iohannis de Rascos predicti, in quadruvio dicte tenencie ; et de ipsa bodula transeundo carreriam, que est ibi, et eundo ad aliam bodulam, que fuit posita iuxta tenenciam magistri Petri Tubicinatoris et dicte vie ; et de ipsa bodula eundo, versus meridiem, usque ad aliam bodulam positam iuxta tenenciam dicti magistri Petri Tubicinatoris.

XX. Ita videlicet quod quicquid est de predicta bodula, que fuit posita primo iuxta tenenciam Raimundi Fabri, de capite pontis,

usque ad aliam ultimam bodulam, que est iuxta tenenciam dicti magistri Petri Tubicinatoris, versus meridiem sive flumen Yrcii, de universitate predicte ville Mirapiscis esse volumus, prout comprehenditur infra confrontationes seu designationes supradictas.

XXI. Item fuerunt posite tres bodule iuxta tenenciam domini Mirapiscis in loco vocato ad Gas de Riparia; et de predictis bodulis recte eundo et descendendo, versus circium, usque ad aliam bodulam positam iuxta tenenciam Petri Raimundi den Hat; et de eadem eundo ad aliam bodulam, que fuit posita iuxta tenenciam Arnaldi Gascas et Laurencii Andree, carnificis, quam habent pro indiviso, et inter tenenciam domini Theobaldi de Bordis, militis; et de eadem bodula eundo ad aliam, que fuit posita iuxta tenenciam Arnaldi Gascas et Laurencii Andree predictorum, et de eadem bodula eundo ad aliam bodulam, recte, que fuit posita circa medium prati seu dicte tenencie Arnaldi Gascas et Laurencii Andree, predictorum; et de ipsa bodula usque ad aliam bodulam recte eundo et descendendo per dictum pratum seu tenenciam Arnaldi Gascas et predicti Laurencii Andree; que bodula fuit posita in capite dicti prati inferiori seu tenencia eorumdem; et de eadem bodula eundo et descendendo per fundum cuiusdam vinerii usque ad aliam bodulam, positam iuxta tenenciam Poncii Fabri; et de ipsa eundo per fundum dicti vinerii ad quinque bodulas positas iuxta tenenciam Lagotorum, eundo de bodula in bodulam usque ad flumen Yrcii, et postea dictum flumen sequendo et descendendo per aureriam sive ripam eiusdem fluminis usque ad tenenciam Guillelmi de Spinoso, carpentarii, et eundo inter ipsam tenenciam et tenenciam ville usque ad quoddam estant *[sic]*, quod fuit pontis novi, sive ad aquam, que venit de besato molendini de Cohassa, et postea ascendendo per aureriam sive ripam dicte aque, versus aquilonem, usque ad tenenciam Micahelis de Dorda, seu ad quamdam bodulam, que fuit posita iuxta ipsam tenenciam; et de ipsa bodula recte eundo et ascendendo, versus altanum usque ad suas bodulas positas iuxta tenenciam, predicti Micahelis de Dorda; et de ipsis bodulis recte eundo ad aliam bodulam, que fuit posita iuxta tenenciam Petri Terrene, carnificis; et de dicta bodula usque ad aliam positam ascendendo directe, versus altanum, per ripam cuiusdam vallis domini Theo-

baldi de Bordis, militis, iuxta tenenciam ipsius domini Theobaldi ; et de ipsa bodula posita, iuxta tenenciam dicti domini Theobaldi, in capite superiori dicte tenencie, sive prati sui, usque ad aliam bodulam positam ibidem iuxta tenenciam Bernardi de Bergua, via tamen in medio trium brachiarum, per quam viam itur versus Gas Borrelli ; et de eadem bodula usque ad aliam positam iuxta tenenciam dicti Bernardi de Bergua ; et de eadem bodula usque ad aliam positam recte eundo et ascendendo per ripam vallis Bernardi de Bergua, iuxta tenenciam ipsius Bernardi de Bergua, seu in capite superiori ipsius tenencie sive prati ; et de ipsa bodula posita in capite ipsius prati superiori, eundo recte ad aliam positam in capite prati inferiori Petri Pelati ; et de ipsa bodula recte eundo et ascendendo usque ad aliam bodulam positam iuxta tenenciam dicti Petri Pelati, in alio capite superiori dicti prati sui, et iuxta tenenciam Rogerii Martini ; et de eadem usque ad aliam recte eundo, que fuit posita iuxta tenenciam Rogerii Martini ; et de ipsa bodula recte eundo, versus aquam besati molendini de Buxo, usque ad quamdam bodulam positam iuxta tenenciam dicti Rogerii Martini et prope dictum besatum ; et de eadem eundo et ascendendo recte per ripam aque dicti besati usque ad aliam bodulam, positam iuxta tenenciam Bernardi Leugerii et prope dictam aquam dicti besati ; et de eadem bodula usque ad aliam positam iuxta tenenciam dicti Bernardi Leugerii ; et de ipsa bodula usque ad aliam positam iuxta tenenciam Petri Terrene, textoris ; et de ipsa bodula usque ad aliam, que fuit posita iuxta tenenciam dicti Petri Terreni ; et de eadem bodula usque ad aliam positam iuxta tenenciam dicti Petri Terreni ; et de ipsa bodula eundo et transeundo quemdam viverium usque ad quamdam aliam bodulam, positam iuxta tenenciam magistri Micahelis Marie ; et de eadem bodula usque ad aliam ultimo positam iuxta tenenciam Raimundi Bauterna ; in qua bodula finitur illa pars, vocata Gas de Riparia.

XXII. Est sciendum quod totum quicquid est inclusum de prima bodula posita iuxta besatum seu aquam ipsius besati molendini de Buxo, a dictis tribus bodulis, que fuerunt posite iuxta tenenciam domini Mirapiscis predicti, ut superius continetur, recte eundo et descendendo de bodula in bodulam usque ad

flumen Yrcii, et postea descendendo usque ad stant predictum de ponte novo, et ascendendo postea usque ad tenenciam Micahelis de Dorda, et sic de bodula in bodulam eundo, versus altanum, usque ad ultimam bodulam, que fuit posita iuxta tenenciam Raimundi Bauterna, est et sit totum in predicto numero et de universitate ville Mirapiscis supradicte, prout infra dictas metas, seu bodulas ac limitationes predictas, totum superius, eundo in rotundo de bodula in bodulam, est inclusum.

XXIII. Item fuerunt posite sex bodule in quadam pecia terre, que est iuxta pontem vocatum de Cletis, versus altanum, iuxta tenenciam Rogerii Simeonis de Mirapisce ; que quidem pecia affrontat, ab altano, in tenencia predicti Rogerii Simeonis, a circio, in ciminterio communi de Mirapisce, a meridie, in tenencia aliquorum hominum dicte ville, qui habent localia ibidem. In qua quidem parte meridienali est et esse debet una bodula posita in quadruvio Raimundi Cogoti, ortolani, que dirigitur ad primam bodulam, versus altanum, positam inter tenenciam dicti Rogerii Simeonis et universitatis ville predicte Mirapiscis. Affrontatque ipsa pecia terre, ab aquilone, videlicet supra dictum pontem de Cletis, versus altanum, in paxeria domini, et de eadem parte aquilonis, a parte inferiori ipsius pontis, descendendo, versus circium, in aqua sive flumine Yrcii.

Et sic, nos, Philippus de Riparia, miles, senescallus predictus, omnia predicta universa et singula, vobis, Spinoso Audivini, Raimundo de Arsicio, Petro de Mazeriis, et Arnaudo Terrene, consulibus predictis, pro vobis et nomine universitatis predicte et singulorum de eadem petentibus, stipulantibus et recipientibus, concedimus, et tibi, predicto Guillelmo Marie, subscripto, publico notario ad cautelam presenti, stipulanti et recipienti vice et nomine univertatis predicte Mirapiscis et singulorum de eadem, et etiam omnium aliorum absencium, quorum interest vel interesse poterit in futurum, sub modo tamen, forma, pactis et conditionibus superius in precedentibus contentis et expressatis.

Preterea nos, Spinosus Audivini, Raimundus de Arsicio, Petrus de Mazeriis et Arnaudus Terrene, consules predicti universitatis ville Mirapiscis predicte, gratis, et ex carta sciencia, nomine nostro et nostrorum, necnon et universitatis predicte ville Mirapiscis et

singulorum de eadem, recipimus a vobis, domino Philippo de Riparia, milite, senescallo predicto, omnia predicta, universa et singula, per vos nobis et predicte universitati et singulis de eadem concessa, prout superius omnia sunt contenta, ordinata et expressa, solventes vice et nomine quibus supra, quittantes nichilominus, et in perpetuum dimittentes nobili et potenti viro, domino Iohanni de Levis, domino Mirapiscis, domino nostro predicto, et suis heredibus et successoribus universis, presentibus et futuris, totum ius super usu et saysina ac possessione, si quod nos et universitas predicta ville Mirapiscis et singuli de eadem habebamus et habere debuimus in terris, graveriis et possessionibus, vel si unquam habuimus in predictis locis dictarum ripariarum ultra dictum numerum et limitationes superius contentas, et eidem domino Mirapiscis, et suis, et vobis, predicto domino senescallo, necnon et tibi, Guillelmo Marie, notario publico infrascripto, petentibus, stipulantibus et recipientibus vice et nomine predicti domini Mirapiscis ac suorum, pactum sollempne facientes de non petendo sibi vel successoribus suis aliquid de predictis ultra numerum supradictum, promittentes insuper vobis, quo supra nomine, nos, sive nostros successores in consulatu Mirapiscis existentes, facturos seu procuraturos quod predicta omnia et singula universitas ville Mirapiscis vel due partes singulorum hominum de eadem ratificabunt, approbabunt et confirmabunt, quandocumque et quocienscumque per dictum dominum Mirapiscis vel suos officiales fuerimus requisiti seu moniti.

Et sic nos, prenominati consules, vice et nomine quibus supra, omnia predicta et singula approbamus et ratificamus in presenti ; et quod in nullo contraveniamus, occulte seu manifeste, seu veniri aliqualiter faciamus, promittimus bona fide.

Acta fuerunt hec omnia, concessa, facta et ordinata per dominum Philippum de Riparia, militem, senescallum, et Spinosum Audivini, Raimundum de Arcisio, Petrum de Mazeriis, et Arnaudum Terrene, consules predictos, ut superius continentur, videlicet, apud Mirapiscem, anno Domini millesimo trecentesimo septimo, regnante rege Philippo Francorum, quinto kalendas madii, in presencia et testimonio magistri Arnaudi Batale, magistri Micahelis Marie, procuratoris dicti domini Mirapiscis, Petri de Malorasio , baiuli Mirapiscis,

magistri Petri Terrene, notarii, Petri Terrene, carnificis, Guillelmi Iaufruni, Petri Raimundi Iaufruni, fratrum, Guillelmi Helie, notarii, Bernardi Fabri, Petri Fabri, de Pesadicio, fratrum, et Bernardi de Bergua de Mirapisce.

12 JUIN 1307.

Post hec, anno quo supra, pridie idus iunii, noverint universi quod nos, Philippus de Riparia, miles, senescallus predictus, vice et nomine nobilis viri, domini Iohannis de Levis, domini Mirapiscis, restituimus, damus, concedimus et designamus vobis, Spinoso Audivini, et Petro de Mazeriis, consulibus predictis, pro vobis et nomine Raimundi de Arsicio, consocii vestri, et nomine universitatis predicte ville Mirapiscis et singulorum de eadem, petentibus, stipulantibus et recipientibus, et tibi, Guillelmo Marie, notario infrascripto, presenti, stipulanti et recipienti ad cautelam, vice et nomine universitatis ville Mirapiscis predicte et singulorum de eadem et omnium absencium, quorum interest seu interierit in futurum, quamdam peciam terre seu riparie, que remanserat ad bodulandum. Quam quidem peciam comprehensam fore volumus, ut comprehensa fuerat, in numero quinquaginta trium sexteriarum terre seu ripariarum predictarum. Estque ipsa pecia terre seu riparia prope piscarium heredum Philippi de Sancto Arnulpho, versus molendinum de Templo, que affrontatur, ab altano, in aqua sive flumine Yrcii et in tenencia dictorum heredum Philippi de Sancto Arnulpho, a circio, in besato, quod est iuxta aliud besatum novum, a meridie, in aqua sive flumine Yrcii, ab aquilone, in tenencia heredum predictorum dicti Philippi de Sancto Arnulpho. Dictam autem peciam terre sive riparie vobis restituimus, concedimus et designamus, nominibus quibus supra, pro riparia, ademprivo et loco publico universitatis dicte ville Mirapiscis et singulorum de eadem, volentes et concedentes quod ipsam peciam terre seu riparie, sub numero predicto, habeatis et teneatis, et sub modo, forma, pactis et conditionibus, sub quibus habere et tenere debetis alias riparias et loca publica predicte universitatis ville Mirapiscis superius per nos concessa, et prout superius in precedentibus plenius, melius et latius continetur et clarius extitit ordinatum.

Huius ultime restitutionis, donationis, concessionis et designationis predicte pecie terre ultimo confrontate, fuerunt testes magister Micahel Marie, magister Petrus Terrene, notarius Mirapiscis, Guiotus de Riparia, domicellus, filius dicti domini senescalli, Bonetus Ricardi, Petrus Vitalis, servientes curie Mirapiscis, et, ego, Guillelmus Marie, notarius publicus ville et terre Mirapiscis, qui, cartam istam recepi, scripsi, et in formam publicam eamdem redegi.

Hoc est transcriptum, seu translatum de verbo ad verbum, et in hoc libro scriptum et positum per me, Guillelmum Helie, publicum Mirapiscis notarium.

XXIII. — *Afferme pour cinq mois et au prix de 32 livres tournois, faite par les consuls de Mirepoix à trois habitants de la ville, de la coupe du bois et de la dépaissance dans la forêt communale de Plénefage.* (Pièce 20 du Cartulaire.)

2 Décembre 1308.

Anno Domini millesimo trecentesimo octavo, rege Philippo Francorum regnante, die lune post festum sancti Andree, apostoli, noverint universi quod, nos Raimundus Batala, Guillelmus Batala, Petrus de Tholosa, et Raimundus Malolli, consules ville et universitatis Mirapiscis, nomine nostro et universitatis predicte, vendimus, arrendamus et ad firmam tradimus vobis, Arnaldo Poncii, tegulario, Petro Rozaudi, et Petro de Solano, eiusdem loci, omnia herbagia, seu pascua nemoris de Planafaia dicte universitatis, et totum tallivum nemoris, exceptis nogueriis, prout dictus locus est et esse debet universitatis predicte.

I. Quod quidem arrendamentum et venditionem predictorum vobis facimus, quo supra nomine, de presenti die usque ad instans festum beati Marchi (1), evangeliste, tantum.

II. Quod interim habeatis et teneatis, pro vestre libito voluntatis pascua et tallivum predicta ad vestri commodum et utilitatem, et ibi possitis, ad depascendum et talliandum, interim aforestare quoscumque volueritis, sine preiudicio universitatis predicte, usque ad dictum festum et non ultra, hoc excepto quod in quadam parte dicti loci, que pro prato faciendo est ordinata et designata, non possitis, nec debeatis facere depasci bestiarium nec intrari, nisi usque ad instans festum beate Marie marcii (2).

III. Item, quod nemus predictum scindatis seu scindi et radi

(1) 25 avril, fête de saint Marc.
(2) 25 mars, fête de l'Annonciation de la Sainte Vierge.

faciatis iuxta terram, sine evulsione radicum seu radicis dicti nemoris.

IV. Quod nemus et pascuum vobis, per dictum tempus, nomine nostro et universitatis predicte, habere pacifice et quiete facere promittimus et ea facere defendi et custodiri quibuscumque sine vestra licencia et voluntate ibi utentes vel uti volentes (1).

V. Quod, ultra dictum festum beati Marchi, nichil ab inde, sine nostra licencia vel nostrorum consulum successorum, abstrahere possitis, nec animalia ponere seu mittere ad depascendum, vel aliter tenere.

VI. Hanc autem venditionem vobis facimus et arrendamentum, ut superius est dictum, pro precio triginta et octo librarum Turonensium parvorum, bone monete, de quibus nobis vel nostris successoribus, nomine dicte universitatis, solvere teneamini et debeatis medietatem in proximo futuro festo beati Vincencii (2), et aliam medietatem in eodem festo beati Marchi, evangeliste.

VII. Et sic, quo supra nomine, de premissis vobis firmam guirenciam gerere promittimus bona fide.

VIII. Nosque predicti, Arnaldus Poncii, Petrus Rozaudi, et Petrus de Solano, predictum arrendamentum sub modo et forma predictis, a vobis, dominis consulibus predictis, recipientes, omnes insimul et quilibet nostrum pro toto in solidum, renunciantes beneficio dividende actionis et nove constitutioni de pluribus reis debendi, gratis promittimus et nos ad hoc obligamus solvere vobis dictis, dominis consulibus vel vestris successoribus consulibus, dictas triginta et octo libras Turonensium, bone monete, in terminis suprascriptis, prout superius continetur. Sin autem ex tunc emendabimus vobis omne gravamen, expensas et interesse, que inde facta fuerint ullo modo; de quibus credemus vobis simpliciter vel dictis vestris successoribus, absque omni alio probationis genere, obligantes inde vobis omnia bona nostra, ubique sint et quecumque.

IX. Et insuper nos, Petrus Alboyni, Iohannes Homis, et Gassia

(1) Régulièrement, il faudrait : *utentibus vel uti volentibus*.
(2) 22 janvier, fête de saint Vincent.

de Solano, renunciantes epistole divi Adriani et Antonini, dicenti « rerum principalem primo conveniendum », gratis, pro dicta pecunia, ut superius dictum est, exsolvenda vobis, consulibus antedictis, instituimus nos fideiussores, debitores et pacatores vobis, dictis consulibus, vice et nomine dictorum principalium debitorum, obligantes super hoc vobis nos et omnia bona nostra.

Huius rei sunt testes Arnaldus Borrelli, Philippus Gozini, Raimundus Iohannis, notarius Mirapiscis, et ego, Guillemus elie, notarius publicus Mirapiscis, qui cartam istam scripsi.

Non est transcriptum, imo est publicum instrumentum factum per me, dictum notarium, qualiter consules Mirapiscis sunt in possessione vendendi et arrendandi herbagium, talliva et pascua de Planafaia.

XXIV. *Règlement relatif à la perception de droits domaniaux pour le roi, et concernant la seigneurie de Mirepoix, celle des Pujols, dont Jean de Lévis, seigneur de Mirepoix, était administrateur pour le compte des héritiers de sa sœur Isabelle, veuve de Raynaud de Pons* (1).

Promulgation du règlement par le roi.

Notification par les commissaires rogaux du mandement à eux conféré.

Mandement donné par Philippe le Bel à des commissaires spéciaux pour la perception de droits domaniaux dans la sénéchaussée de Carcassonne et de Toulouse.

Accord conclu entre les commissaires royaux et les procureurs délégués par les communautés des deux seigneuries, et fixant à 4.500 livres tournois la somme due au roi pour les mutations et diverses opérations sur les biens nobles ou autres.

Procuration des communautés à leurs délégués pour conclure l'accord.

Acceptation de l'accord par les commissaires royaux et les procureurs des communautés ; approbation par le roi. (Pièce 24 du Cartulaire.)

1313-1314

Promulgation du règlement par le roi (juin 1314).

Philippus, Dei gracia, Francorum rex, notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, nos litteras infra scriptas vidisse tenorem, qui sequitur, continentes (2).

Notification par les commissaires du mandement à eux donné par le roi.

Noverint universi quod nos Alanus, permissione divina, episcopus Briocensis (3), et Aymericus de Croso (4), miles, domini nostri

(1) Le nom de Raynaud de Pons (*Raginaldus de Pontibus*), n'est cité qu'une fois, p. 122.

(2) Dans les lettres patentes de confirmation, le roi, après les formules initiales, cite et fait transcrire le mandement donné à ses commissaires, l'accord conclu avec les procureurs des communautés et l'acte de procuration, puis, avec la date, il insère les clauses de ratification et de validation, qui se trouvent ainsi rejetées à la fin de la pièce.

(3) Alain de Lamballe, élu évêque de Saint-Brieuc en 1313, ne reçut pas l'investiture pontificale et fut remplacé en 1320.

(4) Aymeri de Cros, sénéchal de Carcassonne et Béziers.

Francie regis senescallus Carcassone et Bitteris, deputati per dominum nostrum regem Francie, per suas commissionis patentes litteras, ad finandum, recipiendum et levandum financias in dicta senescallia Carcassone et Biterris de feudis et retrofeudis, alodiis et censivis, et aliis contentis in dictis nostre commissionis litteris, quarum tenor talis est.

Mandement donné par Philippe le Bel à des commissaires spéciaux pour la perception de droits domaniaux dans les sénéchaussées de Carcassonne et de Toulouse (1er mai 1313).

Philippus, Dei gracia, Francorum rex, dilectis et fidelibus magistro Alano de Lambalia, electo, confirmato ecclesie Briocensis, Iohanni, domino Blayville (1), Tholose, et Aymerico de Croso, Carcassone senescallis nostris, militibus, salutem et dilectionem. Committimus et mandanus vobis quatenus vos tres, aut vos, electe ecclesie predicte, cum altero dictorum senescallorum, tertio non expectato, ad partes Tholose et Carcassone senescalliarum vos transferentes, de feudis, retrofeudis, et possessionibus nobilibus ac aliis, quocumque titulo per nobiles personas, aut aliter personas ecclesiasticas, communitates et innobiles personas, aut aliter prohibitas, alienatis, necnon de suppressis usurpationibus, recelationibus et occupationibus iurium nostrorum, inquiratis summariter et de plano, et possessiones, feuda et iura huiusmodi, quas et que, per inquestas super his modo predicto faciendas, alienatas, recelatas, occupatas, usurpatas et detentas illicite inveneritis, ad manum nostram ponatis et teneri faciatis.

Et si aliqui vobiscum super his finare voluerint, placet nobis et volumus vobisque, presentium tenore, concedimus potestatem :

I. Pro nobis financias huiusmodi recipiendi.

II. Et omnes inquestas, pro nobis, in dictis senescalliis per gentes et officiales nostras inceptas et pendentes complendi seu faciendi, vocatis qui fuerunt evocandi, perfici et compleri (2), et ipsis completis, iudicandi easdem.

(1) Jean de Blainville, sénéchal de Toulouse.

(2) *Perfici et compleri,* c'est à dire, après avoir convoqué ceux qui doivent être appelés, les commissaires pourront parfaire et compléter les enquêtes, et prononcer un jugement, quand elles seront achevées. *Perfici et compleri,* inutiles au sens et même gênants pour la construction de la phrase, semblent avoir été mis par erreur du scribe.

III. Et si in ipsis inquestis aliqua dubia occurrerint vobis, illos, quos tangunt huiusmodi inqueste, ad finandum vobiscum super huiusmodi de his, si finare voluerint, admittendi, et faciendi omnia et singula que circa premissa et eorum quelibet fuerint necessaria.

Illis autem qui vobiscum finaverint vestras concedatis litteras et tradatis, a nobis postmodum confirmandas, nostra tamen de ipsis confirmandis voluntate retenta. Et in premissis, si quod dubium occurrerit de quo vobiscum finatum non fuerit, illud nobis sufficienter instructum, nobis quam citius scribatis, aiornantes illos, quos tanget negocium, ad terminum competentem, coram nobis, ad faciendum super iis quod fuerit rationis, et de hoc nos certificantes.

Damus autem iusticiariis et subditis nostris, tenore presentium, in mandatis ut, in premissis omnibus et singulis, vobis pareant efficaciter et intendant.

Actum Parisius, die prima maii, anno Domini millesimo trecentesimo decimo tercio.

Accord conclu entre les commissaires royaux et les procureurs délégués par les communautés des seigneuries de Mirepoix et des Pujols, et fixant à 4.500 livres tournois la somme due au roi pour les mutations et diverses opérations sur les biens nobles ou autres, 23 janvier 1313 (1314 n. s.).

Diligenti informatione et inquisitione prius, per nostros commissarios ad hoc specialiter deputatos, in villa Mirapiscis et aliis locis terre immediate nobilis viri domini Iohannis de Levis, domini Mirapiscis, necnon ville et terre et castellanie de Podiollis immediate nobilis defuncte, domicelle Isabellis de Levis, sororis sue quondam, cuius terre nunc ipse dominus Mirapiscis ballum (1) tenet pro heredibus dicte nobilis defuncte, domicelle Isabellis, facta et diligenter inspecta de feudis et retrofeudis, alodiis et censivis, celatis et recelatis, concessionibus in emphitheosim seu ad acapitum, et reductionibus omnibus de maiore censu seu canone ad minorem vel ad nullum, et de maiore tasca, portione seu campi parte ad minorem vel ad nullam, et de affranquimentis omnibus quistarum annualium ad minorem summam vel ad nullam, et de omnibus immuni-

(1) *Ballum tenere*, exercer la tutelle.

tatibus, libertatibus, affranquimentis, privilegiis et aliis alienationibus omnibus quibuscumque, in possessionibus seu rebus aliis et iuribus quibuscumque, et quocumque nomine censeantur, factis et concessis, sive datis aut assignatis per eumdem dominum Mirapiscis seu dictam Isabellem vel eius predictos heredes, seu predecessores eorumdem vel alium quemcumque, universitatibus seu villis de Mirapisce et alia terra immediate domini Mirapiscis et de Podiollis, et alia immediate dicte nobilis defuncte Isabellis terra castellanie de Podiollis, seu singularibus personis earumdem, (1) celatis et recelatis usque ad diem presentem, de quibus seu quorum pretextu, iure vel consuetudine, vel aliter quoquo modo, financia debetur ipsi domino nostro regi seu peti pro eo vel haberi posset, Raimundus Granelli, de Mirapisce, Petrus Catalani, de Ruppe Ulmesii, Iohannes de Glato, de Limbrassaco, Bonetus de Ecclesia, de Cossano, pro se, ut singulares locorum predictorum, ac procuratorio nomine consulum et universitatum infrascriptarum, de quarum procuratione constat per instrumentum, cuius tenor inferius est insertus, et pro universitatibus terrarum predictarum (2), et pro singulis hominibus ville Mirapiscis et omnium locorum et villarum, terrarum predictarum, pro predictis hominibus et pro omnibus aliis, pro quibus financia, occasione premissorum, debebatur, exigi, peti seu levari posset per dictum dominum nostrum regem, seu eius nomine, quoquo modo, usque ad hanc presentem diem, nobis, nomine domini nostri regis, obtulerunt, pro financia, quatuor millia quingentas libras turonensium bonorum et fortis monete, solvendas domino nostro regi per tres terminos, scilicet, septingentas libras turonensium dicte monete in instanti festo Natalis Domini, et sic de anno in annum, anno quolibet, in dicto festo, alias septingentas libras turonensium, et in ultima solutione trecents libras turonensium, quousque de dicta tota summa eidem domino regi ad plenum fuerit satisfactum.

(1) Il y a lieu d'observer, au milieu de cette phrase embrouillée, que *celatis et recelatis* se rapportent non à *universitatibus... personnis*, mots auprès desquels ils se trouvent, mais à *privilegiis*, *alienationibus* et aux autres mots de la première ligne de la page.

(2) Plusieurs mots, en ce passage, ont été répétés par le scribe, nous ne les avons pas reproduits.

Et nos, dictam oblationem, attenta paupertate villarum et locorum, terrarum predictarum, ac temporis presentis et preteriti sterilitate, attentisque et consideratis multis causis aliis que, istis temporibus, in hoc negocio nos movere poterant et debebant, deliberatione prehabita cum nobili viro Petro de Cussiaco, domicello, castellano Montis Regalis, magistro Hugone de Carollis, patrono causarum domini regis in senescallia predicta, magistro Iohanne Rogerii, procuratore regis Carcassone, magistro Arnaldo Helye, iudice criminum, et quibusdam aliis iuratis et fidelibus domini regis, qui villarum et terrarum predictarum ac feudorum et retrofeudorum eorumdem conditionem et statum plenariter nosce dicuntur, admisimus, nomine domini nostri regis, et pro eo.

Cum qua quidem summa, pro omnium premissorum financia, nos tenemus a gentibus, villis, universitatibus et terris predictis pro contentis, nomine ipsius domini nostri regis, de omnibus premissis et singulis, de quibus ipsi domino nostro regi, pro premissis, ut est dictum, usque ad diem presentem financia debebatur. Ipsas terras et villas et universitates et singulares personas et bona earumdem, ipsumque dominum Mirapiscis et suos, heredes predictos ipsius Isabellis quondam, si domino nostro regi, ratione financie, in aliquo teneantur, absolvimus ab omni alia financia, et quittamus, pactum firmum, perpetuum et sollempne, de nil, occasione premissa, eis amodo petendo seu agendo, facientes.

Omnes nichilominus et singulas ad acapitum seu in emphitheosim donationes, assignationes, seu concessiones, reductiones, infeudationes, remissiones, venditiones, quittationes, immunitates, privilegia, et franqualitias, et quasvis alias alienationes et permutationes per ipsum dominum Mirapiscis, vel alium quemcumque, seu dictam Isabellem quondam, seu eius heredes, vel predecessores eorumdem, seu eorum nomine, usque ad diem presentem factas, approbatas et confirmatas, et in possessorum manibus, quocumque nunc titulo possideant vel quasi, volumus libere remanere ab omni alia financia liberatas, mediantibus solutionibus supradictis, dicti domini regis in omnibus voluntate retenta, et ipsius iure in aliis semper salvo.

Apud quem procurabimus cum effectu quod presentem ratificabit

financiam et omnia alia supradicta singula; alioquin pro non facta atque nulla ubique habeantur; et quod predicti homines aut universitates, ante confirmationem obtentam a dicto domino nostro rege, ad solutionem dicte pecunie minime teneantur.

Procuration des communautés à leurs délégués pour conclure l'accord, 17 janvier 1313 (1314, n. s.)

Tenor vero instrumenti procurationis, de quo supra facta est mentio, talis est :

Anno Domini millesimo trecentesimo decimo tertio, die iovis ante festum beati Vincencii intitulata decimo sexto kalendas februarii, noverint universi quod Raimundus Malolli, Petrus de Tholosa, et Petrus Terrene, consules universitatis ville Mirapiscis, et Bernardus de Berga, Raimundus Batalha, maior, dominus Andreas Deulesal, legum doctor, magister Guillelmus de Farisio, et magister Petrus Terrene, de Mirapisce; et Amelius de Pradis, et Petrus de Bolbona, Petrus de Donazanis, consules de Duno, Raimundus Seronis, Iohannes Scalerii, et Guillelmus Stephani, Arnaldus Beneti, Raimundus Guilaberti, et Raimundus de Sancto Pastore, de Duno; et Bartholomeus de Sarrauta, et Raimundus de Prato, consules ville de Ruppeforti, et Bernardus de Sarrauta, de Ruppeforti; et Arnaldus Fornerii, et Faber Tornerii, consules ville de Yssartis de Ruppeforti, et Bernardus Tornerii, dicte ville de Yssartis; et Petrus de Riparia, et Raimundus de Gariga, consules ville de Castlario, et Bernardus de Torrellis, Petrus Vitalis, Bernardus de Nabruna, dicte ville de Castlario; et Guillelmus Marquesii, et Guillelmus Ysarni, consules ville de Sautello, et Guillelmus Hatonis, et Bernardus Sarcelha, et Iohannes de Guillelmo Raimundi, dicte ville de Sautello; et Arnaldus de Boyssha, et Arnaldus de Terrassano, consules ville de Liuracho, et Petrus de Betario, dicte ville de Liuracho; et Guillelmus de Narcelha, et Raimundus de Petro Fabri, consules de Pradis, et Guillelmus Barrerie, et Micahel de Sanavia, dicte ville de Pradis; et Bernardus Carbonis, et Petrus de Quairollo, consules de Limbrassaco, et Vitalis Gariga, et Guillelmus de Rivis, et Raimundus Dozo, et Petrus Catalani, dicte ville de Limbrassaco; et Arnaldus Den-

hat, Puiol Maurini, Bernardus Guibarravi, et Raimundus Iaufredi, consules de Podiollis, et Guillelmus Siurane, Bernardus de Asnhaco, et Bernardus Maurini, dicte ville de Podiollis; et Raimundus Catalani, et Raimundus Fabri, consules de Troya, et Iacobus de Feleyt, et Petrus de Baulono, dicte ville de Troya; et Simon de Virano, et Petrus de Riparia, consules de Virano, et Milo Symorie, et Guillelmus de Virano, Bernardus de Virano, et Bernardus de Riparia, dicte ville de Virano; et Bernardus Marie, et Bernardus Vitalis, consules de Agudanis, et Bernardus de Lafora, et Bernardus de Ravanillis, et Raimundus de Petro Raimundi, dicte ville de Agudanis; et Guillelmus Duniat, et Petrus de la Roqua, consules de Maloleone, et Raimundus de la Roqua, Bernardus Durandi, et Bernardus Fabri, dicte ville de Maloleone; et Arnaldus de Bolbona, et Mancipius Quairani, consules de Sancto Iuliano, et Petrus de Senessa, dicte ville de Sancto Iuliano; et Petrus de Costa, et Bernardus de Puiallo, consules de Senessa, et Guillelmus de Puiallo, et Petrus, filius Arnaldi de Senessa, dicte ville de Senessa; et Petrus de Gauneriis, et Marchus Maloli, consules de Segurano, et Bernardus Fabri, dicte ville de Segurano; et Iohannes Stephani, Arnaldus Poncii, et Bernardus Agulhonis, consules de Cossano, Iacobus Bedocii, Raimundus Sabaterii, Amelius Stephani, Raimundus Columberii, et Arnaldus de Ecclesia, dicte ville de Cossano; et Arnaldus de Monte Ventosio, et Bernardus Rog, consules de Muro Veteri, et Petrus Valenti, Guillelmus, filius Arnaldi Fabri, et Guillelmus Riparie, dicte ville de Muro Veteri; et Raimundus Vergerii, et Bernardus Fabri, consules de Venthenaco, et Raimundus de Verneto, Bernardus de Podio, Arnaldus de Sancto Christophoro, et Raimundus Abric, dicte ville de Venthenaco; et Poncius Guitardi, et Bernardus de Claraco, consules de Roglis, et Bernardus de Claraco, maior, et Bernardus de Buxa, et Raimundus de Buxa, dicte ville de Roglis; et Raimundus Dominici, consul de Hylato, et Arnaldus Casals, et Petrus Fabri, dicte ville de Hylato; et Bartholomeus de Prato, consul de Arvinhano, et Guillelmus Hat, Poncius Civada, et Raimundus Calzon, dicte ville de Arvinhano; et Bartholomeus de Sala de Yssartis, et Bernardus de Burgo, Arnaldus de Podio Lobal, Iohannes Fagia, et Guillelmus de Cauderiis, consules de Ruppe Ulmesii, et Guillelmus de Burgo,

et Matheus Calidi, Petrus de Calderiis, Iohannes de Arnaldo Hat, Arnaldus de Gausaco, Bertrandus Garini, notarius, Raimundus de Castro, dicte ville de Ruppe Ulmesii ; et Arnaldus Riparie, et Iohannes Fabri, consules de Avelaneto, et Raimundus Glat, Guillelmus Olibe, et Arnaldus de Bensano, dicte ville de Avelaneto ; et Iohannes Boherii, et Guillelmus de Raysshaco, consules de Perelha, et Arnaldus de Raysshaco, frater Philippi Baiuli, de Perelha, et Guillelmus, filius Petri Bocinerii, dicte ville de Perelha ; et Guillelmus Arssen, et Iohannes Riparie, et Iacobus Vitalis, consules de Bellostari, et Guillelmus Patavi, baiulus, de Bellostari, Stephanus Gentilhaci, Arnaldus Gentilhaci, et Petrus Tornerii, de Bellostari ; et Arnaldus Boneti, et Raimundus Labena, consules de Fogariis ; et Raimundus Rossi, consul de Avilhaco, et Petrus Ripa, baiulus de Avilhaco, et Petrus Augerii, dicti loci de Avilhaco ; et Iohannes Maior, consul de Agulhono, et Petrus Maior, baiulus, et Andreas Maior, et Raimundus Maraut, dicte ville de Agulhono ; et Guillelmus de Raimundo Hat, consul de Agulhana, et Guillelmus Squirolli, baiulus, et Raimundus Textor, dicte ville de Agulhana ; et Guillelmus Narbona, et Guillelmus Monier, consules de Bastida de Congosto, et Bernardus Vaschonis Parator, baiulus, et Guillelmus Benedicti, dicte ville de Congosto ; et Guillelmus Monier, et Iohannes de Sauzeto, consules de Miravalle, et Iohannes Barba, baiulus, et Guillelmus Dulcie, et Iacobus Amati, de Miravalle ; et Arnaldus de Ecclesia, consul de Lerano, et Faber Fanjaus, baiulus, dicti loci de Lerano ; et Bernardus Ysarnus, et Petrus Pascalis, consules de Regato, et Petrus Curti, baiulus, dicte ville de Regato ; et Guillelmus Boneti, et Stephanus Mercerii, consules de Tabre, et Stephanus Boneti, baiulus, de Tabre ; et Raimundus Restol, et Raimundus de Curia, consules de Aquis Vivis, et Guillelmus Marbot, baiulus, Bernardus de Villasenher, et Petrus Pagani, dicte ville de Aquis Vivis ; et Guillelmus Comitis, consul de Esclanhano, et Bernardus de Molheto, baiulus, dicte ville de Esclanhano ; et Guillelmus Landric, et Bartholomeus Laboyssha, consules de Drulha, et Guillelmus Crivelerii, frater Arnaldi, Crivelerii, baiuli, et Raimundus Landric, dicte ville de Drulha ; et Raimundus Sicardi, Arnaldus Vitalis, et Bernardus Petri, consules de Mazeriis, et Rogerius Raynardi, baiulus, dicte ville de Mazeriis ; et Petrus Benedicti, et

Iohannes Benedicti, consules de Plano Vilario, et Raimundus Benedicti, baiulus dicti loci de Plano Vilario; et Petrus Bedocii, et Bernardus Bedocii, consules de Spinoso; et Bernardus, et Iacobus Denalias, consules de Petra Fita, et Petrus Benedicti, Arnaldus Garini, consul, Arnaldus Helias, Bernardus de Magalona, dicte ville de Petra Fita; et Raimundus, et Raimundus Tholzani, et Rogerius de Fabro, consules de Balagueris, Bartholomeus Cerdani, baiulus, Petrus de Furno, Poncius Tornerii, Arnaldus de Lopiano, et Petrus Raimundi Faber, de Balagueris; et Petrus Arnaldi, Guillelmus Terrena, et Arnaldus Aurioli, consules de Malagoda; et Raimundus Gilberga, et Petrus Gilberga, de Rivo Croso, pro se, et nomine dictarum universitatum, quarum sunt consules et habitatores, et singularum personarum earumdem, creaverunt, ordinaverunt et constituerunt suos et certos, et indubitatos procuratores, videlicet Raimundum Granelli, de Mirapisce, Petrum Catalani, de Ruppe Ulmesii, Iohannem de Glato, de Limbrassaco, et Bonetum de Ecclesia, de Cossano, ad finandum pro eis et dictis universitatibus et singularibus personis earumdem, cum reverendo in Christo patre, domino Alano, divina miseratione, episcopo Briocensi, et nobili et potenti viro, domino Aymerico de Croso, milite, domini nostri regis senescallo Carcassone et Biterris, ad recipiendum et faciendum financias de feudis et retrofeudis in senescalliis Carcassone et Tholose per dominum nostrum regem deputatis, de feudis et retrofeudis, alodiis et censivis per eos et dictas conversitates et universitates, et singulares personas earumdem acquisitis usque ad diem presentem, dantes et concedentes ipsi constituentes dictis suis procuratoribus, nominibus quibus supra, plenam, generalem et liberam potestatem et speciale mandatum :

I. Cum dictis dominis commissariis seu deputatis, eorum nomine et pro eis, finandi de feudis, retrofeudis, alodiis et censivis, celatis et recelatis per dictos constituentes seu dictas universitates vel conversitates vel singulares personas earumdem, acquisitis usque ad diem presentem in terris et possessionibus, seu [de] rebus aliis quibuslibetin terra immediate nobilis viri, domini Iohannis de Levis, domini Mirapiscis, et nobilis domicelle Ysabellis de Levis quondam,

domine terre de Podioliš, seu eius heredum, quam habent in castellania de Podiolis, et de omnibus remissionibus et reductionibus de maiori canone seu censu ad minorem seu ad nullum, de maiori tasca, portione seu campi parte ad minorem seu ad nullam, et de omnibus affranquimentis questarum annualium de maiori summa ad minorem vel ad nullam, et de omnibus immunitatibus, libertatibus, privilegiis, francalitiis, permutationibus, seu alienationibus aliis quibuscumque, quocum[que] casu, titulo vel nomine censeantur, factis seu concessis ipsis constituentibus seu dictis universitatibus seu singularibus personis earumdem usque ad diem presentem per ipsum dominum Mirapiscis, seu dictam domicellam quondam, vel eius heredes, vel Raginaldum de Pontibus (1), virum suum quondam, seu eorum predecessores, vel alium quemcumque, vel nomine eorumdem.

II. Et ratione financie, ipsis dominis commissariis vel deputatis eorum nomine, summam tractatam et concordatam cum ipsis dominis quatuor millia quingentas libras turonensium gratis offerendi, et eas incartandi domino nostro regi, et pactum et promissionem de ipsis solvendis ipsi domino nostro regi vel cui iusserit, videlicet ex illis, septingentas libras in primo instanti festo Natalis Domini, et sic de anno in annum, anno quolibet, in dicto festo, alias septingentas libras, et in ultima solutione trecentas usque ad summam completam ipsis dominis commissariis et domino nostro regi faciendi.

III. Et pro dicta completa summa, dictis terminis, exsolvenda domino nostro regi, bona sua et dictarum universitatum et et singularum personarum earumdum obligandi cum stipulatione et renunciationibus opportunis.

IV. Et quittationis et recognitionis et financie instrumenta, seu litteras a dictis dominis et a domino nostro rege confirmationem impetrandi et obtinendi.

V. Et omnia alia et singula negociandi, agendi et procurandi, que expeditioni dicti negocii seu financie fuerint opportuna, et que

(1) Raynaud de Pons, il n'est fait mention de ce personnage qu'en ce seul passage.

facti qualitas exigit, et que veri et legitimi procuratores ad talia constituti possunt facere seu debent, et que ipsi constituentes et dicte universitates et singulares persone earumdem possent facere et deberent, si omnibus predictis et singulis presentes essent.

Promittentes ipsi constituentes nichilominus se facturos et curaturos cum effectu quod dicte universitates et singulares persone earumdem presens procuratorium, et omnia et singula super premissis negocianda, agenda et procuranda per dictos procuratores suos, approbabunt, ratificabunt et confirmabunt, tenebunt inviolabiliter et complebunt; ne vero dictos procuratores suos satisdationis onere deceat aggravari, volentes eos ab omni satisdationis onere relevari, seque pro eis fideiussores constituendo, et dictas universitates et singulares personas earumdem et bona eorum et iura, fideiussorio nomine, obligando, promiserunt michi, Bertrando de Mazeriis, notario domini nostri regis, presenti, stipulanti et recipienti, nomine et vice domini nostri regis et predictorum dominorum ab eo deputatorum et aliorum absentium omnium, quorum interest vel interesse potest, pro dictis procuratoribus suis et eorum quolibet, iudicatum solvi cum suis clausulis universis, et se et dictas universitates et singulares personas earumdem ratum, gratum et firmum perpetuo habituros quicquid per dictos procuratores suos aut cum eis super premissis finatum, oblatum, incartatum, promissum, obligatum, impetratum, obtentum, actum, negociatum fuerit, vel aliter procuratum, ac si per eos et dictas universitates ac singulares personas earumdem omnia personaliter acta forent.

Acta fuerunt hec apud Mirapiscem, anno et die predictis, in presencia et testimonio nobilis viri Petri de Nogairollo, domicelli, senescalli terre domini Mirapiscis, Petri de Falgaribus, Dunesii, Arnaldi Catalani, de Ruppe Ulnesii, castellanorum pro domino Mirapiscis, et magistri Bertrandi de Mazeriis, de Mirapisce, publici notarii Carcassone, regis et totius senescallie Carcassone et Biterris, qui stipulationem predictam et notam huius instrumenti recepit. Vice cuius et mandato, ego, Raimundus Faber de Lissiaco, publicus Tholose notarius, hanc cartam scripsi; et ego, idem Bertrandus de Mazeriis, publicus notarius predicus, subscribo et signo.

Promesse faite par les délégués des communautés de payer 4,500 livres aux commissaires royaux, 23 janvier 1313 (n. s. 1314).

Et ibidem premissis omnibus sic peractis, prenominati Raimundus Granelli, de Mirapisce, Petrus Catalani, de Ruppe Ulmesii, Iohannes de Glato, de Limbrassaco, et Bonetus de Ecclesia, de Cossano, dictam summam quatuor milium quingentarum librarum, pro dicta financia, solvere promiserunt domino nostro regi et dictis dominis episcopo et senescallo, ac michi, Petro de Parage, notario infrascripto, tanquam persone publice, pro domino rege stipulanti et recipienti, dictis terminis, sub obligatione omnium bonorum suorum, quatenus eos vel singulares tangit presens financia seu tangere potest, et cum obligatione et hypoheca bonorum omnium illorum quorum sunt procuratores, et sub iuris cuiuslibet renunciatione pariter et cautela.

Acta fuerunt hec Tholose, anno millesimo, trecentesimo, decimo tertio, scilicet, die vigesima tertia ianuarii, in presencia et testimonio nobilis viri Petri de Nogairollo, domicelli, senescalli terre dicti domini Mirapiscis, magistri Andree Diulesal, de Mirapisce, domini Petri Rimon, familiaris domini Mirapiscis, magistri Iacobi de Glato, de Limbrassaco, magistri Bertrandi de Maseriis, notarii, apud Mirapiscem commorantis, et plurium aliorum, et mei, Petri de Parage, notarii publici auctoritate regia, qui, requisitus de premissis, hanc cartam recepi. Vice cuius et mandato, ego, Andreas de Lauduno, publicus notarius domini regis, iuratus, et substitutus a predicto magistro Petro de Parage, hanc cartam scripsi; et ego, idem Petrus de Parage, notarius publicus, subscribo atque signo, regnante domino Philippo, rege Francie.

Approbation donnée par les commissaires royaux aux propositions faites par les délégués des communautés, 23 janvier 1313 (n. s. 1314).

Et nos, Alanus, permissione divina, episcopus Briocensis, et Aymericus de Croso, miles, domini nostri Francie regis senescallus Carcassone et Biterris, predicti, ad maius testimonium premissorum et maiorem firmitatem eorumdem, sigilla nostra huic presenti publico instrumento fecimus appendi, anno et die ultimo supradictis.

Confirmation par le roi de ces dispositions (juin 1314).

Nos, vero, omnia et singula suprascripta rata habentes et grata, ea volumus, laudamus, approbamus, ac etiam auctoritate nostra regia, confirmamus, nostro in aliis et alieno in omnibus, iure salvo. Quod ut firmum et stabile perpetuo perseveret, nostrum fecimus presentibus apponi sigillum. Actum Parisius, anno Domini millesimo, trecentesimo, decimo quarto, mense iunii.

Hoc est transcriptum littere regie, de verbo ad verbum sumptum, et in hoc libro scriptum per me, Guillelmum Helie, notarium publicum Mirapiscis.

XXV. — *Accord entre Jean de Lévis Ier, seigneur de Mirepoix, et les habitants et consuls de cette ville, à la suite d'un procès soulevé à propos de droits sur la vente du vin.*

A titre de transaction, les habitants payeront 175 livres de petits tournois au seigneur; celui-ci leur reconnaît et confirme le droit de vendre librement, en taverne ou de toute autre manière et sans être soumis à aucune redevance, le vin par eux récolté ou acheté. (Pièce 25 du Cartulaire.)

8 Février 1314 (n. s. 1315).

In nomine Domini amen. Huius presentis scripture testimonio, tam presens etas quam successura posteritas agnoscat quod, quum lis seu questio in curia nobilis viri, domini Iohannis de Levis, domini Mirapiscis, verteretur, et diu ventilata extitisset inter Bernardum Merles, Raimundum Enequini, Adam, carnificem, Bernardum Aybran, iuniorem, Iacobum Barberii, Salomonem Gariga, Raimundum Barbe, et Bernardam, uxorem Arnaldi Guilamini, et Petrum Iun, et Raimundum Pegarelli, de Mirapisce, agentes, ex una parte, et magistrum Micahelem Marie, procuratorem dicti domini Mirapiscis, nomine procuratorio eiusdem domini, defendentem, ex parte altera, super eo videlicet quod prefati agentes dicebant se per curiam Mirapiscis, seu servientes eiusdem curie, iniuste et indebite fuisse pignoratos pro leuda vini, per eos venditi ad tabernam in villa Mirapiscis predicta, quod vinum ex suis propriis vineis non habuerant, sed illud emerant, et petebant dicta pignora sibi restitui; quum a leuda dicti vini dicerent se quittos, liberos et immunes, et omnes habitatores dicte ville Mirapiscis, et dictus procurator dicti domini Mirapiscis diceret in contrarium dictos homines agentes et omnes alios et singulos dicte ville in casu predicto teneri ad solutionem seu prestationem leude dicti vini, et ipsum dominum Mirapiscis, seu eius leudarios ville predicte Mirapiscis, qui pro tempore fuerunt, esse et fuisse in possessione, in casu predicto, tam a prenominatis quam aliis universitatis ville Mirapiscis, pignorandi pro dicta leuda et compellendi eosdem, quum casus emer-

gebat, et Petrus Raimundi de Plano Vilario, Petrus Fabri de Pe[illegible]-dicto, Bernardus Terrene, et Bernardus Hugonis, nunc consules ville Mirapiscis predicte et universitatis eiusdem dicerent causam seu questionem predictam ius universitatis dicte ville tangere et ledere, et contra bonum statum et liberrates universitatis eiusdem et singulorum de eadem [esse], et dicerent se et dictam universitatem et singulos de eadem esse et fuisse longissimis temporibus in libertate et possessione, in tali casu, leudam non contribuendi seu non solvendi, et si idem dominus Mirapiscis, seu predecessores eius vel eorum leudarii seu curiales, aliquem de universitate predicta pignoraverant seu compulerant super solutione leude predicte, hoc fuerat per sui potentiam, et causa pendente super eo, ideoque consules memorati, pro se et nomine dicte universitatis et singulorum de eadem, associatis sibi ad hec et vocatis quibusdam aliis proceribus dicte ville, reverentia qua decuit, et honore, et cum magna instancia, supplicaverunt prefato domino Mirapiscis quod sibi placeret dictam leudam seu ius, si quod habebat vel sibi competebat, seu unquam competierat in eadem, ipsi universitati et singulis de eadem, de sui bonitate et clementia solita, remittere et quittare, ut de predictis omnis litigii et questionis materia inter eos et ipsum dominus radicitus, perpetuo, sopiatur ; volentes et offerentes ipsi consules, nominibus quibus supra, transactionem nichilominus de dicta questione cum dicto domino faciendo, ipsi domino Mirapiscis dare et solvere, transactionis causa et titulo, centum septuaginta quinque librarum bonorum turonensium parvorum.

I. Ibidem dictus dominus Mirapiscis, attendens quod eventus litis dubius est, amore et favore, quem habet erga dictam universitatem et singulos de eadem, et eorum precibus et supplicationibus inclinatus, vitare volens et cupiens questionis seu litigii materiam et totaliter amputare, ad bonum statum dicte universitatis et singulorum de eadem sollicite vigilando, cum dictis consulibus, nominibus quibus supra, de dicta questione et litigio transigendo, et graciam faciendo, predictam summam pecunie, transactionis ipsius causa et titulo, recipiens, antedictam dictam universitatem et singulos de eadem et singulos singulorum *(sic)*, presentes et futuros, a prestatione, et solutione dicte leude quittavit perpetuo et absolvit.

II. Et immunes et liberos esse voluit perpetuo de eadem, concedendo dicte universitati et singulis de eadem, qui nunc sunt et pro tempore fuerint, quod vina sua, undecumque habuerint et ibi apportare voluerint per se vel per alium seu alios quoscumque, ex empto vel aliter, libere possint et eis liceat, per se vel alium seu alios, vendere et distrahere in dicta villa ad tabernam, publice vel private, vel quovis aliter, absque prestatione seu solutione alicuius pedagii seu leude, ius totum, voces et actiones quascumque, si quod vel quas (*sic*) eidem domino Mirapiscis vel suis competebant seu hactenus competerant vel competere, casu, aliquo iure, usu, seu consuetudine vel aliter, in leuda predicta, dictis consulibus, quibus supra nominibus, remittendo, dando et concedendo, et in eos irrevocabiliter transferendo, me, subscripto notario ad cautelam, presente, stipulante, petente et recipiente nomine et vice omnium et singulorum absentium, quorum interest vel interesse poterit in futurum, pactum firmum, perpetuum et sollempne de nil amodo agendo seu petendo pretextu seu ex causa dicte leude, dictis consulibus, quibus supra nominibus, faciendo sine dolo, stipulatione premissa hic et in singulis actibus necessariis repetita.

III. Retento tamen, ante omnia, per dictum dominum Mirapiscis, et expresse acto inter partes predictas ac in pactum sollempne deducto quod, si aliquis extraneus eveniret, causa habitandi in villa Mirapiscis predicta, et ibidem vinum vendiderit, quod non gaudeat transactione, donatione seu libertate predictis, donec per annum et diem completum steterit in villa Mirapiscis predicta ; anno autem et die transactis, ex tunc gaudeat et gaudere debeat transactione, donatione seu libertate predictis, quamdiu residentiam fecerit in villa Mirapiscis predicta.

IV. Et si aliquis de habitantibus vel habitaturis in villa Mirapiscis predicta, qui in eadem fuerit et steterit, libertate seu predecessores eiusdem (1), transtulerit se alibi extra villam Mirapiscis, causa habitandi, vel aliter, quoquo modo, et postea venerit et redierit in villa Mirapiscis predicta, causa habitandi in eadem, sit [admissus]

(1) Des mots omis par le scribe rendent inintelligible le sens de ce passage ; il faut sans doute : *libertate [usus fuerit] seu predecessores* [usi fuerint], c'est-à-dire quiconque aura habité cette ville et aura, soit par lui-même, soit par ses prédécesseurs, joui de cette liberté.

et gaudeat libertate et immunitate predictis, et maneat sicut ante, et ceteri dicte ville.

Acta fuerunt hec in castro Mirapiscis et camera dicti domini Mirapiscis, die Sabbati post Cineres, intitulata sexto idus februarii, anno Domini millesimo trecentesimo, decimo quarto, Ludovico, rege Francorum, regnante, in presencia et testimonio nobilis viri, domini Theobaldi de Bordis, militis, dicti domini Mirapiscis, domini magistri Geraldi de Coganno, iudicis terre dicti domini Mirapiscis, Petri de Nogairollo, domicelli, senescalli ipsius domini Mirapiscis, magistri Petri Terrene, thesaurarii predicti domini Mirapiscis, magistri Micahelis Marie, procuratoris dicti domini Mirapiscis, Ramundi Geraldi Bertrandi de Mazeriis, Petri Tubicinatoris, notariorum Mirapiscis; et mei, Guillelmi Helie, notarii publici Mirapiscis, qui cartam istam scripsi et publicavi, anno et die quibus supra, et signo meo consueto signavi.

Dicti consules habent predictum instrumentum, scriptum manu mei, dicti Guillelmi Helie, sicut istud, et debent habere consimile instrumentum a quolibet dictorum notariorum, testium predictorum; quod quilibet ipsorum recepit consimile instrumentum de predictis, sicut ego, dictus Guillemus Helie.

Manque la formule de transcription.

XXVI. — *Transaction passée, par l'intermédiaire de Pierre de Lévis, évêque de Cambrai, entre François de Lévis, seigneur de Montségur, et les habitants de Mirepoix, au sujet des droits revendiqués par ledit seigneur sur le lieu de Cayrol.*

Règlement concernant :

1° le lieu où les habitants devront porter la part de vendange due au seigneur ;

2° la façon d'exercer le droit de prélation sur les terres vendues ;

3° la nomination, la compétence des mességuiers et les droits des consuls de Mirepoix à leur égard. (Pièce 36 du Cartulaire.)

8 Aout 1318

In nomine Domini. Noverint universi quod, super discordia, que erat orta inter magnificum virum, dominum Franciscum de Levis, dominum Montis Securi, ex parte una, et consules et universitatem civitatis Mirapiscis, ex altera, pro eo videlicet :

Quia prefatus dominus Franciscus dicebat quod homines dicte civitatis et alii, qui habent vineas partionales, loco seu termino vocato del Cayrol, tenebantur partem vindemie dictarum vinearum, debitam ipsi domino Francisco, portare ad tinam ipsius domini Francisci, in villa Bastide Sancti Andree ;

Item quia dictus dominus Franciscus dicebat quod, quandocumque alique terre seu vinee in dicto loco vocato de Cayrollo vendebantur, idem dominus Franciscus, vel eius senescallus seu baiulus, poterat, pro suo libito voluntatis, dictas terras seu vineas, pro precio quo vendebantur, retinere, pro omnimoda sua voluntate facienda :

Dictis consulibus pro se et predicta universitate, et singulis omnibus dicte civitatis premisse negantibus, asserentibus totum contrarium, videlicet quod dictam vindemiam, illi qui habebant seu habent vineas, in dicto loco vocato de Cayrollo, vindemiam ad ipsum dominum Franciscum pertinentem, se non debere portare apud Bastidam Sancti Andree, sed apud Mirapiscem, et quod dictus domi-

nus Franciscus terras seu vineas, et alias possessiones, que sunt in dicto loco de Cayrollo, si et quando venduntur, non posset sibi retinere, sed ea debere laudare absque aliquo impedimento, cum suo foriscapio consueto ;

Asserentibus insuper predictis consulibus, pro se et nomine dicte universitatis, quod tam ipsi quam eorum antecessores consueverunt eligere messegarios seu banderios ad custodiendum blada, vineas et alias possessiones, et fructus existentes in dicto loco de Cayrollo, domino seu dominis dicti loci de Cayrollo, qui sunt et fuerint et erunt pro tempore, presentandos, et eos debere admitti, cum iuramento per ipsos messegarios seu banderios prestando, ad custodiendum premissa, et [pro] banderiorum seu messegariorum officium exercendo ;

Predicto domino Francisco predicta et singula denegante ;

Tandem reverendus in Christo pater, dominus Petrus, Dei gracia, Cameracensis episcopus, volens super premissis omnem discordiam et dissensionis materiam amputare, de voluntate et consensu dictarum partium, videlicet, dicti domini Francisci pro se, ex una parte, et Bernardi Hugonis, Bernardi Terrene, Raymundi Andree, et Aycelini Iuliani, consulum civitatis Mirapiscis, pro se et nomine dicte universitatis et singulorum de eadem, ut dixerunt, ex altera, tractando, dixit et pronunciavit :

I. Quod homines, quicumque sint, habentes vineas partionales in dicto loco de Cayrollo, teneantur portare, sine expensis dicti domini Francisci, partem vindemie sibi et successoribus suis debitam de dictis vineis, et que pro tempore eis debebitur, ad tinam dicti domini Francisci in dicta villa Bastide Sancti Andree.

II. Item dixit et pronunciavit quod, quando aliquas terras, vineas, seu possessiones quascumque, existentes in dicto loco de Cayrollo vendi contingat, dictus dominus Franciscus, seu eius successores ipsas non possint sibi retinere, pro precio quo vendentur, nec aliter, causa dandi, revendendi aut in aliquem transferendi, quoquo modo, nisi ad usum proprium ipsius domini Francisci et successorum suorum, et pro sua necessitate tunc evidenti, quando vellet eam vel eas retinere.

III. Item dixit et ordinavit prefatus dominus episcopus quod consules dicte civitatis, qui nunc sunt et qui pro tempore erunt, pro se et nomine dicte universitatis, possint eligere messegarios seu banderios, ad custodiendum terras, vineas, possessiones, et fructus existentes in dicto loco de Cayrollo ; et eosdem messegarios seu banderios presentare dicto domino Francisco et eius successoribus, seu baiulo de Bastida, qui ipsos habeant recipere, si sint idonei, cum iuramento de custodiendo premissa, et suo officio banderie seu messegarie bene et fideliter exercendo.

IV. Et si idonei non presentarentur ad dictum offictum exercendum, prefatus dominus Franciscus, seu eus baiulus de Bastida possint eos refutare, omni mala occasione sublata.

V. Et tunc dicti consules, pro se et nomine quo supra, possint predicto domino Francisco vel eius baiulo, alium vel alios idoneos presentare ad faciendum et exercendum dictum officium ; qui predictum prestent et faciant iuramentum.

VI. Item predicti messegarii seu banderii, sic electi et presentati per dictos consules, qui nunc sunt et pro tempore fuerint, et per dictum dominum Franciscum vel eius baiulum recepti, exercebunt suum predictum officium in dicto loco de Cayrollo. Et pignora que recipient a delinquentibus in dicto loco, quantum ad eorum officium pertinebit, custodient fideliter et servabunt, donec delinquentes in predicto loco convenerint cum eisdem messegariis seu banderiis.

VII. Et quando contingat aliquem de illis qui pignorabuntur facere querimoniam de iniusta pignoratione, dicti messegarii seu banderii poterint super hoc adire consules dicte civitatis, et coram eis deponere querimoniam de sua iniusta pignoratione contra dictum banderium, si pignoratus sit civis Mirapiscis, et delictum, si verum esset, esset tale quod pena, iustitia sive mulcta, que inde levari debeat, non ascenderet ultra quinque solidos turonensium. Et tunc dicti messegarii, et eorum quilibet, habebunt stare super hoc et parere ordinationi et dicto dictorum consulum de civitate Mirapiscis.

VIII. Si vero ille pignoratus sit de terra et iuridictione dicti domini Francisci, ille pignoratus poterit adire baiulum et consules dicte

Bastide Sancti Andree, et coram eis de pignoratione querimoniam deponere. Et dicti baiulus et consules dicte Bastide poterunt de dicta pignoratione, secundum quod eis visum fuerit et equum, ordinare.

Quorum (1) ordinationi dicti messegarii seu banderii, et eorum quilibet, habebunt et tenebuntur parere super dicta pignoratione.

IX. Si vero ille qui pignoratus fuerit non sit civis Mirapiscis nec de terra seu iuridictione dicti domini Francisci, in hoc casu, ille qui pignoratus fuerit, poterit adire dictos consules civitatis Mirapiscis vel consules dicte Bastide Sancti Andree, et coram illis quos super hoc elegerit, de sua pignoratione querimoniam exponere. Et in hoc casu dicti messegarii seu banderii, et quilibet eorum, habeant obedire et parere ordinationi facte super hoc per consules, quos super hoc dictus adierit pignoratus.

X. Est tamen sciendum quod dicti consules Mirapiscis non poterunt cognoscere, nec aliquid ordinare de aliqua pignoratione seu captione hominis pro aliquo delicto pro quo, si verum esset, pena, iusticia, seu muleta transcenderet summam dictorum quinque solidorum turonensium ; sed prefatus dominus Franciscus et eius officiales super hoc faciant et ordinent quod eis videbitur faciendum et etiam ordinandum.

XI. Item fuit ordinatum et pronunciatum per dictum dominum episcopum quod dicti consules civitatis Mirapiscensis, qui sunt et pro tempore fuerint, possint pro sue libito voluntatis, quocienscumque eis placuerit, amovere dictos messegarios seu banderios et eorum quemlibet ab officio suo predicto et alium seu alios presentare dicto domino Francisco, seu baiulo suo dicte Bastide, sub modo et forma predictis ; quos idem dominus Franciscus vel eius baiulus habeant recipere et facere iurare, sicut premissum est, dumtamen idonei sint reperti. Qui si idonei non essent reperti, dicti consules Mirapiscenses poterunt alium seu alios, sicut eis visum fuerit, prefato domino Francisco vel eius predicto baiulo presentare.

XII. Ceterum, prefatus dominus episcopus dixit et ordinavit quod dicti messegarii seu banderii habeant a delinquentibus in dicto loco, quos capere, pignorare seu reperire delinquentes

(1) Il s'agit aussi bien des consuls de Mirepoix que de la Bastide.

contigerit, talem partem et tantam quantam hactenus habere consueverunt, et prefatus dominus Franciscus suam partem, prout hactenus ipse vel eius antecessores habere consueverunt.

XIII. Item voluit et ordinavit predictus dominus episcopus quod messegarii seu banderii civitatis Mirapiscensis non possint pignorare, seu capere delinquentes in terris seu possessionibus, quas habent in dicto loco de Cayrollo homines terre et iuridictionis dicti domini Francisci. Sed custodia earum pertineat ad messegarios seu banderios dicti domini Francisci, nisi contingeret, pro tempore, esse alicuius seu aliquorum hominum dicte civitatis Mirapiscis ; in quo casu dicti messegarii dicte civitatis Mirapiscis haberent custodire et delinquentes pignorare, sicut in illis quas nunc habent dicti homines Mirapiscis in dicto loco de Cayrollo. Et si contingeret aliquas terras seu possessiones, que nunc sunt aliquorum civium Mirapiscis esse, pro tempore, aliquorum hominum dicte terre seu iuridictionis dicti domini Francisci, dicti messegarii seu banderii dicte civitatis Mirapiscis non possint aliquos delinquentes in eisdem capere seu pignorare, sed custodia earumdem pertineat ad messegarios seu banderios dicte Bastide.

XIV. Item prefatus dominus episcopus dixit et ordinavit quod terre seu possessiones, quas nunc habent homines terre et iuridictionis dicti domini Francisci in dicto loco vel habebunt pro tempore, sint illius conditionis cuius sunt terre et possessiones alterius terre sue, ita quod, quando homines sui ipsas vendent, possit ipsas retinere pro precio quo vendentur, pro sue libito voluntatis, et custodiantur per banderios suos.

XV. Si vero homines dicte civitatis contingat pro tempore aliquas terras seu possessiones, que nunc sunt hominum dicti domini Francisci vel pro tempore erunt, emere vel aliter habere ab eisdem vel ab aliis in dicto loco de Cayrollo, ipse terre seu possessiones sint illius conditionis, quoad retentionem et custodiam et alia, que (1) nunc sunt terre seu possessiones dictorum civium, quas (2), habent in loco predicto, prout superius est expressum.

(1) *Que*, régulièrement il faudrait *cuius*.

(2) Régulièrement, il faudrait : *terre seu possessiones, quas dicti cives habent*....

Et ibidem, in continenti, prefatus dominus Franciscus, pro se et suis, et memorati consules, de voluntate et assensu discretorum virorum, domini Andree Diulesal, legum professoris, Guillelmi de Farisio, iurisperiti, Micahelis Marie, Petri Tubicinatoris, notariorum, Arnaldi de Berga, Poncii Fabri, Bernardi Granelli, Ramundi Iohannis Sartoris, Petri Piscis, presentium, volentium et consentientium pro se et dicta universitate et singulis de eadem, ut dixerunt, approbaverunt, ratificaverunt, confirmaverunt et expresse emologaverunt dictam pronunciationem prefati domini Cameracensis episcopi, et eidem consenserunt. Et eam tenere, servare et in nullo contrafacere vel venire per se vel per aliquam interpositam aut subrogatam personam, clam vel palam, iure, facto vel aliter, sua bona fide promiserunt, dictus dominus Franciscus bona sua, et dicti consules, quibus supra nominibus, bona dicte universitatis, pro premissis omnibus universis et singulis tenendis, servandis et in nullo contraveniendis, obligantes.

Voluitque prefatus dominus Cameracensis episcopus et consensit michi, Arnaldo de Furno, notario publico infrascripto, quod possim de dicta pronunciatione et ordinatione eiusdem facere unum, duo vel plura instrumenta, ad requisitionem partium predictorum vel alterius earumdem, et confecta restituere partibus antedictis.

Acta fuerunt hec in castro Mirapiscis, die octavo mensis augusti, intitulata sexto idus augusti, anno domini millesimo trecentesimo, decimo octavo, domino Philippo, Francorum et Navarre rege, regnante, in presencia et testimonio dominorum Hugonis de Romengoso, canonici Convenarum, Arnaldi Piscis, persone personatus de Zempse, Cameracencis diocesis, magistrorum Bertrandi Sancii de Electero, Bernardi de Fanoiovis, de Cambone, Arnaldi de Castello, de Ruppe Ulmensi, notariorum, Bernardi Faie, Petri Comas, de Ruppe, Caroli Barate, de Calida Valle, iurisperiti, et plurium aliorum, et mei, Arnaldi de Furno, civis Mirapiscensis civitatis, et terre Mirapiscis et auctoritate regia ubilibet in regno Francie et Navarre publici notarii, qui cartam istam, requisitus, recepi, scripsi et signo meo signavi.

Manque la formule de transcription.

XXVII. — *Commerce du sel dans la sénéchaussée de Carcassonne et dans plusieurs régions voisines (judicature de Rieux, comté de Foix, etc.).*

Promulgation du règlement par le roi Philippe V le Long (1).

Règlement sur le commerce du sel conclu entre les commissaires du roi, réformateurs en Languedoc, et les représentants des communes : abolition du monopole, liberté du commerce, subvention au roi en compensation, etc. Noms des représentants des communes, au nombre desquels ceux de la seigneurie de Mirepoix.

Mandement du roi nommant Raoul, évêque de Laon, et Jean, comte de Forez, commissaires enquêteurs en Languedoc, avec mention de leurs pouvoirs.

Acceptation du règlement par les commissaires du roi et par les représentants des communes.

Fixation des délais pour le payement de la subvention au roi.

Approbation par le roi. (Pièce 27 du Cartulaire.)

1318-1320

Promulgation du règlement par le roi Philippe V le Long
Mars 1319 (n. s. 1320).

Hoc est transcriptum littere privilegii salis empti.

Philippus, Dei gracia, Francie et Navarre rex, notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, nos quoddam instrumentum publicum manu et signo magistri Stephani de Rilte..... (2),

(1) Dans le t. I, pp. 717-727, du *Recueil des ordonnances des rois de France*, se trouve le règlement concernant le commerce du sel dans la sénéchaussée de Carcassonne. Ce texte présentant, sinon dans le fond, du moins dans la rédaction, de nombreuses variantes avec celui du Cartulaire, nous avons cru devoir reproduire cette dernière version. Les lettres patentes, approuvant le règlement inséré dans le *Recueil des ordonnances*, sont du mois de novembre 1320 ; elles ne s'appliquent qu'à une partie de la sénéchaussée de Carcassonne. Les lettres patentes, transcrites dans le Cartulaire, comprennent la sénéchaussée de Carcassonne, complétée par la seigneurie de Mirepoix, le comté de Foix, etc., elles sont datées de mars 1320. Le mandement du roi aux commissaires n'est pas reproduit dans le *Recueil des ordonnances*.

Dans l'*Histoire de Languedoc*, t. IX, p. 383, il est question de l'affaire du commerce du sel.

(2) Mots disparus par suite de la déchirure du parchemin.

publici auctoritate regia notarii, signatum, ut prima facie apparebat, vidisse, cuius tenor sequitur in hec verba :

Règlement sur le commerce du sel conclu entre les commissaires du roi, réformateurs en Languedoc, et les représentants des communes : abolition du monopole, liberté du commerce ; subvention au roi en compensation, etc. Noms des représentants des communes, au nombre desquels ceux de la seigneurie de Mirepoix.

1er Octobre 1319

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo, decimo nono, videlicet prima..... octobris, quum regalis clemencie celsitudo in subditorum tranquillitate quiescit tantoque maiora recipit incrementa, quanto maioribus subditi foventur honoribus, libertatibus, privilegiis, et franquesiis potiuntur, et, pulsatis iniuriis, iusticie vigor viget et calumpniantium iniquitates expellit, ex quibus divina placatur clemencia, augentur populi inhabitantes urbes, preclare laudis preconia divulgantur, et ex hoc undique extranee confluunt nationes ; idcirco, quum ad reverendi in Christo patris, domini Radulphi (1), divina providencia, Laudunensis episcopi, et magnifici viri, domini Iohannis, comitis Forensis, ad partes totius Lingue Occitane, per dominum nostrum, Francie et Navarre regem illustrem, pro reformatione patrie missorum, audienciam et noticiam pervenisset quod, ex consuetudinibus, franquesiis, usibus et libertatibus Salini Carcassone domini nostri regis et abusibus eorumdem, multa committebantur illicita, calumpnie et flagitia fingebantur, ex quibus gravabantur subditi, iusticie cultus prefato domino regi precipuus ledebatur, et regalis magnificentie decus detrimentum percipere videbatur, predicti domini reformatores, ad instantes requisitiones ac humiles supplicationes et preces inhabitantium dicti Salini districtum, volentes, iuxta commissi sibi officii debitum, patriam reformare, abusus huiusmodi tollere, ac delictis et calumpniis vias precludere, dicti domini regis et populi harum partium evidenti et publica utilitate pensata, ex potestate eis commissa, prout in litteris

(1) Raoul Rousselet, évêque de Saint-Malo depuis 1310, transféré, en 1317, au siège de Laon qu'il occupa jusqu'en 1323. Jean Ier, comte de Forez, 1288-1333.

regiis inferius insertis continetur, cum consulibus, syndicis et procuratoribus villarum, castrorum et singularum personarum districtus dicti Salini, et aliis quos presens negocium tangere videbatur, nomina quorum inferius continentur, ad huiusmodi tractatum et concordiam devenerunt, prefati domini regis et ante omnia voluntate retenta, prout in quodam papiri rotulo, quem quilibet, videlicet dicti domini reformatores, et consules, syndici et procuratores predicti dixerunt se audivisse legi, continetur : cuius tenor talis est :

I. In primis, videlicet quod Salinum Carcassone predictum et omnia alia salina, si que sint in senescallia Carcassone et Biterris seu etiam extra senescalliam predictam, infra tamen fines, limites et districtus Salini Carcassone predicti, et omnia et singula dictorum salinorum, et cuiuscumque ipsorum iura, privilegia, servitutes, usus, observancie, libertates, redibencie, atque franquesie, quecumque et qualescumque sint, et quibuscumque nominibus censeantur et quantiscumque, preteritis obtenta temporibus, tollantur omnino, amoveantur, atque cassentur; et amota, cassata, abolita, et viribus vacuata, in posterum nullatenus reducantur, nec aliquatenus restaurentur sub modis, conditionibus et retentionibus infra scriptis.

II. Ita videlicet quod in posterum, quibuscumque temporibus, quoquo iure, modo, titulo, privilegio, sive causa, dicto domino regi et eius perpetuo successoribus, seu causam habentibus ab eisdem, ius non sit, nec liceat, in quibuscumque partibus senescallie Carcassone et Biterris, nec etiam extra senescalliam eamdem, in quibuscumque locis inde seu infra districtum predicti Salini Carcassone constitutis, per se vel alios, salinum novum vel vetus seu salis congregationem aliquam habere, facere, reficere, vel tenere, nec alii facienti, habenti, reficienti seu tenenti, habere, facere, reficere seu tenere volenti, quibuscumque temporibus in futurum, consentire, neque permittere, nisi dumtaxat pro tenendis garnisionibus suis et ad opus et usum ipsius domini regis.

III. Verum si forte, quibuscumque temporibus in futurum, salinum aliquod sive salinas.... (1) commissum in senescallia Carcassone predicta, vel etiam extra eam in sinu seu infra districtum dicti Salini,

(1) Mots disparus par suite de la déchirure du parchemin.

ex causa confiscationis, commissi seu incursus, seu ex aliis quibuscumque titulis sive causis, ad dominum regem vel eius perpetuo successores devenire seu pertinere, quoquo modo, tempore seu .... (1) contigerit, illud salinum, salina seu salinas sic domino regi confiscata, commissa, incursa seu..... (2) quoquo modo, tempore, titulo, causa seu iure perventa seu per ipsum acquisita, idem dominus rex et eius perpetuo successores, extra manum suam, infra annum et diem, sub eisdem vel saltem non gravioribus conditionibus, quibus antea fuerant, eiecere modis omnibus teneantur. Et quamdiu infra annum et diem predictos in manu regia fuerint, non possint nec debeant dictus dominus rex et eius perpetuo successores, seu gentes ipsorum, nec etiam causam habentes ab ipsis, sal cariori precio vendere vel alio titulo transportare quam aliter communiter sal illo tempore ab aliis venderetur.

IV. Item quod omnes et singuli homines et mulieres, habitantes nunc vel in futurum in vel infra districtum dicti Salini Carcassone, deinceps, per se vel alios, sal emere, et aliis titulis et causis quibuscumque acquirere ubicumque et a quibuscumque personis voluerint, et de regno Francie extra ipsum regnum et de extra regnum in ipsum regnum adducere et portare et adduci et portari facere per terram videlicet et per aquam, et ipsum sal sic per eos emptum vel titulis aliis, modo quolibet, acquisitum, adductum etiam seu portatum retinere, quibuscumque personis voluerint, vendere, donare, permittere, et aliis quibuscumque causis et titulis alienare, et de ipso ordinare et facere suam omnimodam voluntatem, libere possint pro sue libito voluntatis, absque impedimento quocumque, solutis tamen, semel tantum, in dicta salina Carcassone, dumtaxat domino nostro regi seu causam habentibus ab eodem, pedagio, leuda, seu prestatione inferius annotatis, videlicet : pro qualibet sarcinata salis, portata seu portanda cum animali equino seu mulino, duos solidos turonensium, et pro qualibet sarcinata salis, portata seu portanda cum animali asino, decem octo denarios turonensium, et pro qualibet quadrigata salis, si ipsum sal in quadrigis portari contigerit, quatuor solidos turonensium, pro quolibet animali, quod ad dictam quadrigam

1 et 2 Mots disparus par suite de la déchirure du parchemin.

ducendam apponi contigerit in prefatis quadrigis asportandis (1), communiter sal predictum. Ita tamen quod si, propter asperitatem temporis seu viarum, omni fraude cessante, in malis passibus animalia forte superaddi contigerit, dictarum quadrigarum ductores seu eorum domini, ad maiorem solvendam leudam vel penam aliam, minime teneantur.

V. Que quidem leuda solvetur et solvi debebit infra districtum dicti Salini, in locis per senescallum Carcassone deputandis vel [in] altero eorumdem. Ita videlicet quod, in altero dictorum locorum statuendorum, dicta leuda, pedagio seu prestatione semel solutis, amplius in aliis locis dicti districtus vel [in] altero eorumdem, ratione dicti Salini, domino regi nullatenus exsolvatur per terram videlicet vel per aquam. Quo casu, quum per aquam duci contigerit, pro qualibet sarcinata salis, teneatur solvere dictum pedagium, prout superius est expressum, ipsum sal quoquo modo portari contingat cum quadrigis, animalibus, vel ad collum (2).

VI. Si vero dictum sal, non cum animalibus nec in quadrigis, portari contigerit, sed ad collum per homines vel etiam mulieres, solvat homo, pro sale quod portaverit, quatuor denarios turonensium, et mulier duos denarios turonensium dumtaxat.

VII. Quantamcumque salis quantitatem, cum animalibus vel quadrigis vel etiam sine ipsis per homines vel mulieres, portari contingat, ita videlicet quod (3) sal predictum, quandocumque [aliquo] predictorum modorum portatum [fuerit], per gentes domini nostri regis vel alias non habeat nec debeat mensurari. Nec, ad mensuram ipsius faciendam, gentes districtus dicti Salini, et alie quecumque forenses seu extranee, sal ipsum portantes seu portari facientes cum animalibus, quadrigis vel ad collum, aliquatenus teneantur, nisi

(1) *In prefatis quadrigis asportandis communiter sal predictum*, passage d'une rédaction incorrecte et qui constitue une répétition ; il semble que, pour la correction, il faudrait, [*ad*] *asportandum communiter sal predictum*, c'est-à-dire *pour le transport ordinaire du sel.*

(2) Quand le sel sera transporté par eau, on devra payer un droit équivalant à celui qu'on verse pour une quantité égale, transportée de toute autre façon.

(3) *Ita videlicet quod*, mots inutiles, qui rendent la phrase embarrassée en ce passage.

quum per aquam portari contigeret ; quo casu, mensurabitur, quia aliter de modo solvende leude non posset veritas inveniri.

VIII. Cuius quidem leude seu pedagii fraudatores, perditione seu amissione salis, cuius leudam substrahi seu fraudari contigerit, seu existimatione, ipsius, ad electionem rei, et nulla alia pena, aliquatenus puniantur. Acto specialiter et convento quod habitatores dicti districtus dicti Salini Carcassone, occasione fraudate seu substracte leude seu pedagii predictorum, ultra annum a die commissi criminis computandum, accusari seu in preventionem deduci, vel ea occasione puniri vel molestari aliqua, ratione non possint.

IX. Quod quidem sal, cuius leuda seu pedagium substrahi vel fraudari contigerit, seu eius existimatio, ad rei electionem, ut dictum est, confiscandi ipso facto, absque omni condempnatione atque sentencia proferenda, committatur et intelligatur domino nostro regi esse confiscatum seu commissum et ut ipso iure et facto commissum, ad manum domini regis recipi seu capi possit et explectari, ad opus et commodum dicti domini regis.

X. Rursus, quum nonnulli nobiles et alie privilegiate persone districtus predicti sal, ad usum suum vel usque ad certam salis quantitatem, libere ducere per districtum dicti Salini, iuxta privilegium eis competens et hactenus consuetum, possint et consueverint temporibus retroactis, actum fuit specialiter et conventum quod, si dicte privilegiate persone, ultra quantitatem salis hactenus consuetam ab ipsis et ex privilegio eis competentem, sal ducere seu portare, duci seu portari facere voluerint, dictam leudam seu prestationem, modo et forma ac locis predictis, solvere teneantur, sicut ceteri habitatores prefati districtus dicti Salini solvere tenebuntur.

XI. Illud vero sal, quod ex privilegio suo, absque prestatione leude, pedagii seu prestationis predictorum, vel etiam ultra privilegia supradicta eis competentia, dictam solvendo leudam, portari vel adduci fecerint, libere poterunt retinere, vendere, donare, permutare et aliter quovis titulo et quibuscumque personis alienare et de ipso suam facere omnimodam voluntatem.

XII. Illi vero qui ab ipsis privilegiatis personis sal privilegiatum vel non privilegiatum, semel quum ab ipsis privilegiatis personis leuda-

tum [fuerit], emerint vel alio quocumque titulo acquisiverint, pro eodem sale leudam, pedagium seu prestationem predictam solvere, ratione dicti salini, minime tenebuntur. Solvent tamen et solvere tenebuntur emptores et alii dicti salis acquisitores seu vectores predicti, in omnibus casibus supradictis, undecumque et a quibuscumque personis privilegiatis vel non privilegiatis emerint, seu aliis titulis acquisiverint sal predictum, per loca quibus iter facient, domino regi, baronibus et prelatis et aliis privatis personis, quarum intererit, leudas et pedagia consueta et antiqua.

XIII. Insuper, quum persone privilegiate prefate, ex compositione seu financia in presenti contractu seu tractatu contenta, libertates et privilegia de novo plurima consequantur et consequture sint, si eis voluerint consentire, fuit, in presentem conventionem seu compositionem, deductum quod predicte privilegiate persone, cuiuscumque status, conditionis, gradus, officii seu dignitatis existant, etiam si universitatis fuerint et quibuscumque nominibus censeantur, si predictis privilegiis, libertatibus et franquesiis, in presenti tractatu seu compositione contentis, uti et gaudere voluerint, habeant et teneantur, cum ceteris universitatibus et hominibus in dicto districtu dicti Salini Carcassone degentibus, pro subsidio hominum finantium, iuxta impositionem eis bona fide faciendam, cum hominibus locorum in quorum territoriis fuerint, contribuere in subventionibus supra et infrascriptis, sicut cetere universitates et homines prefati districtus contribuent et contribuere tenebuntur.

XIV. Quod si forte id facere recusaverint, libertatibus et franquesiis eis per presentem compositionem concessis minime uti valeant nec gaudere, nec ad ea vel ad financiam seu compositionem super predictis ulterius faciendam, nisi, infra terminum prime solutionis huiusmodi financie inferius expressatum, predicte compositioni consenserint, cum effectu ulterius, nullo casu vel tempore, aliquatenus admittantur. Imo, in statu, in quo nunc sunt, perpetuo remaneant, et quoad eos, iura, libertates, usus et franquesie dicti Salini, prout nunc sunt et ante presentem compositionem erant, remaneant perpetuo nullatenus immutata.

XV. Verum quum census publicus, et dicti domini nostri regis

redditus, obventiones, proventus et commoda ex predictis libertatibus et privilegiis in presenti compositione contentis plurimum minuentur et detrimentum non modicum patientur, in recompensationem predictorum, universitates et habitantes districtus dicti Salini et alii omnes qui et que presenti compositioni consenserint, dabunt, dare et solvere tenebuntur ipso domino regi, pro quolibet foco districtus dicti Salini habente, in bonis quibuscumque, existimationem seu valorem centum solidorum turonensium vel amplius, sexaginta solidos turonensium, pro quolibet foco solvendos in sex annis proxime sequentibus, postquam presens compositio per dominum regem confirmata sorcietur effectum ; solvendo videlicet sextam partem prima die futuri mensis iulii et, in sequenti, tunc proxima die dicti mensis, anno revoluto, aliam sextam partem, et sic de anno in annum, dicta die, sextam partem, quosque de totali summa sexaginta solidorum turonensium, pro quolibet foco valoris seu existimationis predicte, domino regi fuerit integraliter satisfactum.

XVI. Verum quum super numero focorum dicti Salini posset forte, inter gentes domini regis, ex una parte, et consules, syndicos et procuratores predictos et alios, quos presens negocium tangit, discordie materia exoriri et ex hoc dictarum partium vel alterius earum iura perire vel lesionem seu dampnum aliquid sustinere, fuit actum specialiter et expresse quod, pro totali terra Saltus, et quatuordecim castrorum infrascriptorum videlicet : de Sperazano, de Moncazellis, de Cruce, de Leone cum Serpente, de Benaco, de Conilhaco, de Sancto Iuliano de Grasso Capone, de Rovenaco cum Bernocio, de Fano, de Sancto Iohanne de Paracolo, de Sauzillis, de Ginollis, de Campanha, de Antinhaco cum Mornaco et Coyraco, pro quingentis focis dumtaxat, in dictorum focorum numero computatis, prefati consules, syndici et procuratores, nominibus quibus supra, facient pro totali districtu dicti Salini quinquaginta millia focorum et, pro quinquaginta millibus focis, solvent domino regi et solvere tenebuntur financiam supradictam, videlicet sexaginta solidos turonensium pro quolibet foco, sive plures, sive pauciores foci sint vel reperiri contigerit in dicto districtu prefati Salini.

XVII. Et si forte, in predicta terra Saltus et in predictis quatuordecim castris et pertinenciis eorumdem, maior quantitas seu numerus

reperiatur ultra quingentos focos predictos, foci, qui ultra dictos quingentos reperientur, cedant et cedere debeant lucro et commodo dicti domini nostri regis, et in dato numero quinquaginta millium focorum nullatenus computentur. Acto etiam et convento quod, si in tota terra districtus dicti Salini maiorem focorum numerum reperiri contigerit quam sit quantitas quinquaginta millium focorum predictorum, illud totum quod plus erit cedat et cedere debeat commodo dicti domini regis. Et idem fiat de burgo Carcassone et omnibus aliis locis et gentibus dicto Salino seu eius districtui contiguis seu vicinis et specialiter de gentibus existentibus in Camino Gallico seu circa dictum Caminum, que se immunes a dicto Salino et iuribus et libertatibus euis se dicebant. ut, si ab eis dominus rex seu eius gentes habere potuerint occasione presentis compositionis, id totum cedat et cedere debeat lucris et commodis dicti domini regis.

XVIII. Et quia consules, syndici et procuratores villarum, castrorum et locorum Rivorum de Bolbestre, Montis Squivi, Galliaci, Sancti Supplicii Lesatensis, de Sancto Eparcio, et aliorum locorum iudicature Rivorum, ex causa ad partem, cum dictis dominis reformatoribus finaverint, fuit, inter prefatos consules, syndicos et procuratores, ex una parte, et dictos dominos reformatores, ex altera, concordatum atque conventum quod numerus focorum, villarum, castrorum et locorum Rivorum de Bolbestre et aliorum proxime supra expressorum in dicto numero quinquaginta millium focorum [non] (1) computetur et de ipso totaliter deducatur.

XIX. Ita videlicet quod consules, syndici et procuratores predicti et illi, quorum consules, syndici et procuratores existunt, pro focis dictorum locorum supra proxime nominatorum prefatam financiam solvere minime tenebuntur, prefatis dicti districtus habitatoribus, et aliis qui presenti compositioni consentire voluerint, presente compositione et libertatibus et franquesiis in ipsa contentis, tunc demum et non antea potituris, quum per maiestatem regiam pre-

(1) Nous croyons qu'il y a lieu de mettre ici une négation. Du moment qu'on doit déduire du total le nombre des feux de Rieux et des autres endroits cités, il semble qu'ils ne doivent pas entrer en ligne de compte.

sens compositio confirmata sortietur effectum, nec ex tunc usque ad primam diem mensis iunii proximo venturi.

XX. Cuius confirmationis littere regie, pendentes cum sigillo cere viridis in filo serici, singulis universitatibus et habitatoribus dicti districtus, et aliis qui eas habere voluerint, solvendo duntaxat, pro qualibet littera, sexaginta solidos parisiensium, pro sigillo, et non amplius, concedentur.

XXI. Et ne prefate privilegiate persone, que presenti compositioni consentire voluerint, per locorum, quibus suberunt, consules seu talliatores subventionis predicte, immoderate, forte graventur ac plus debito tallientur, licebit privilegiatis personis predictis, in talliatione seu impositione subventionis predicte, unam in singulis locis pro se et suo nomine deputare personam, que prefate talliationi intersit et eam non permittat ultra debitum aggravari.

XXII. Ceterum, ut universitates et habitatores districtus dicti Salini et aliorum locorum, qui presenti compositioni consenserint, maioribus gratiis et favoribus potiantur, et maiore domini nostri regis munificencia et libertate congaudeant, fuit etiam conventum specialiter et concessum quod, pro quibuscumque delictis, criminibus seu excessibus, per quascumque universitates et singulares personas prefati districtus, contra usus, iura et libertates, franquesias seu observancias dicti Salini, usque ad diem qua presens compositio per dominum regem confirmata sorcietur effectum, quibuscumque retrotemporibus, quoquo modo commissis, universitates et singulares persone predicte accusari, seu in accusationem vel preventionem deduci, seu puniri vel molestari deinceps non possint.

XXIII. Imo ab omnibus penis et mulctis pro predictis seu predictorum occasione, quoquo modo seu iure commissis seu incursis, et que imponi seu committi possent usque ad diem predictam regie confirmationis predicte, sint omnino libere, quiete et immunes, et quod omnes et singule inqueste super predictis usque ad diem predictam pendentes, et sentencie, condempnationes a quibus appellatum extiterit et quarum appellationum cause Parisius vel alibi ubicumque pendent, sint omnino casse et irrite, et omnino remisse et pro cassis et irritis deinceps totaliter habeantur; sententiis aliis, que in

rem transierint iudicatam, in suo robore permanentibus et executioni debite demandandis.

Nomina vero consulum, syndicorum et procuratorum, de quibus superius facta est mentio, sunt hec, videlicet :

Dominus Germanus, rector ecclesie de Riuterio, procurator et procuratorio nomine consulum de Riuterio, de Alanhano, de Punciano, de Lupiano, de Coffolento, de Leuco, de Cavanaco, de Sancto Ylario, de Pomaribus, de Bello Castro, de Donzaco, de Alanhano inferiore, de Corvezano, de Podio, de Cornanello, de Villa Basino, de Villario, de Gardia et de Solerio ; magister Bernardus Durandi, iurisperitus de Manso Sanctarum Puellarum, procurator et procuratorio nomine consulum de Fanoiove, de Forcia Ramundi Ferrandi, de Lauraco, de Lauracobuco, de Mira Valle, de Fendelia, de Rascucio, de Virbiano, de Barsano, de Sancto Stephano, de Sancto Iuliano, de Tutureyo, de Plano Villario, de Casalibus, de Guaiano, de Sancto Salvatore, de Bella Coma, de Pinu, de Sancto Amancio, de Lannivilla, de Fonte Yrcio superiore, de Fonte Yrcio inferiore, de Botenaco, de Valle Ruffaria, de Verasillo, de Agathenchis, de Goyrovilla, de Mersavilla, de Podio Bavar, de Bautevilla, de Villa Flore, de Monte Claro, de Bello Stare, de Sancta Camella, de Feleriis, de Payrano, de Causaco, de Petra Fita, de Monte Oriollo, de Bellis Planis, de Villario Savarico, de Terra Clapada, de Matre Villa, de Calavello, de Podio Siurano, de Antioqua, de Messervilla, de Salis, de Manso Sancturum Puellarum ; et magister Ramundus Galterii, notarius, consul, ut dixit, ville seu castri de Manso Sanctarum Puellarum predicto, pro se ipso et nomine sui consulatus et universitatis hominum dicti loci ; Poncius Sancii, et Bernardus Yssarti, consules, ut dixerunt, ville seu castri de Lauraco ; Bernardus de Aragone, et Petrus Fornerii, consules ville seu burgi de Monte Olivo, ut dixerunt ; et idem Bernardus, ut procurator et nomine procuratorio consulum de Alayraco ; necnon dictus Bernardus et Bertholomeus Gotina de Saxiaco, ut procuratores et nomine procuratorio consulum aliorum de Monte Olivo et syndicorum universitatis hominum de Saxiaco, consulum de Cucciaco, de Mira Valle in Cabardesio, syndici castri de Manso Cabardesii, consulum de Aragone, de Rosolenchis, de Valleta, de Villa Sicca Basser, de Cauchis, de Carlipapo, de Sancto

Martino Veteri, de Rasiaco, de Bastida, Rogerii Petri, Petri Gaufridi, et Iohannis de Sancto Martino, electorum per universitatem castri de Villa Alba superiore, Arnaldi Martini, et Martini Stephani, electorum per universitatem de Brossis, Stephani de Magenchis, et Ramundi Gregorii, electorum per universitatem castri de Maquenchis; Ramundus Andree, consul de Mirapisce, ut dixit, dominus Andreas Diulesal, legum doctor, et magister Guillelmus de Farisio, iurisperitus, procuratores et nomine procuratorio consulum de Mirapisce, de Corberiis, de Honosio, de Gureta, de Gaytis, de Petra Fita, de Sancto Benedicto, de Mancianis, de Theleto, de Vallibus, de Monte Clamo, de Sancto Felice, de Cuquo, de Podio Grimaldo, de Vilautone, de Casalibus, de Rivo Buxa, de Scallenchis, de Yssartis, de Virano, de Arvinhano, de Cosano, de Malo Leone, de Agudanis, de Ventenaco, de Muro Veteri, de Segurano, de Adolano, de Rupe Calciata, de Sancto Saturnino, de Boregia, de Villari Pomenc, de Castro Resindo, de Monte Alto, de Caslario, de Bellagarda, de Sancto Gauderico, de Sancto Iuliano, de Brilario, de Podio Dacone, de Bastida de Raynols, de Malagoda, de Treseriis, de Spinoso, de Sancta Fide, de Plano Villario, de Rivo Croso, de Viveriis, de Casali Fabrorum, de Rupe Ulmensi, de Maseriis prope Mirapiscem, de Bastida Congosti, de Lerano, de Velaneto, de Perelha, de Agulhana, de Avilhato, de Mira Valle, de Agulhone, de Cavanaco, de Aquis Vivis, de Drulha, de Regato, de Caslari, de Rupe Forti, de Ylhato, de Pradis, de Sclanhano, de Rabico, de Canossa, de Limbrassaco, de Sancto Iuliano, de Mireyo, de Essartis, de Rupe Forti, de Duno, de Falgariis, de Roglis, de Bello Stare: Bernardus de Marca Fava, procurator et procuratorio nomine consulum de Verneta, et de Gerpiaco; Stephanus Gayraudi, et Petrus Peregrini, consules, ut dixerunt, de Exutero; Arnaldus de Parcesio, et Arnaldus Ramundi, consules, ut dixerunt, ville de Sancto Leone; Petrus Monerii, et Ramundus de Pinu, consules, ut dixerunt, castri seu ville Alte Ripe; et dictus Petrus Monerii, ut procurator et procuratorio nomine consulum de Bingeria; Ramundus Godi, consul, ut dixit, Castri de Bello Podio; magister Bernardus de Taurinhano, et Guillelmus de Falgarollis, consules, ut dixerunt, castri seu ville de Sancta Gavella; Ramundus Aybrandi, et Petrus de Campranhano,

consules Calvi Montis, ut dixerunt; Guillelmus Oliba, et Guillelmus Micahelis, consules, ut dixerunt, de Saxiaco; Ramundus Gualifre, consul de Fendelia, ut dixit; Guillelmus Baudi, consul, ut dixit, ville de Podio Siurano; Ramundus Maurini et Ramundus Lafont, consules, ut dixerunt, de Bromio; Bartholomeus Castelleti, consul, ut dixit, castri seu ville de Issalabra, necnon et procurator et nomine procuratorio aliorum consulum dicti loci, necnon consulum de Nebianis, de Sonaco, de Monte Iardino, de Villaris, de Aigusia, de Rivello, de Paris, de Sancta Columba, de Villa Forti, de Brugeria et de Rupe Fera, de Malrasio; Ramundus Boerii, Arnaldus Amati, et Arnaldus de Bucco, consules ville de Limoso, ut dixerunt, necnon etiam procuratores et nomine procuratorio consulum de Lauraguello, de Gaiano, de Sancto Martino, de Villa Roclam, de Monte Galardo, de Villa Longa, de Torna Buxo, de Magniano, de Efesta; necnon supradictus Bartholomeus Castelleti, ut procurator et nomine procuratorio consulum de Villa Nova, terre domini de Brueriis, Stephanus Boerii, consul, ut dixit, castri seu ville Montis Regalis; de quibus procurationibus omnes procuratores supradicti fecerunt fidem per publica instrumenta, que michi, notario infrascripto exhibuerunt; et dictus Stephanus Boerii, ut procurator et procuratorio nomine, ut dixit, aliarum universitatum castellanie Montis Regalis, de qua procuratione promisit facere fidem; et frater Bertrandus Raynerii, monachus et syndicus, ut asseruit, dominorum abbatis et conventus monasterii Ville Longe, Cisterciensis ordinis, nomine sui syndicatus, de quo syndicatu promisit facere fidem.

Quam quidem financiam seu compositionem dicti consules, pro se ipsis et nomine ipsorum consulatuum et universitatum predictarum, prout quemlibet ipsorum tangit seu tangere potest presens negocium, ut dicti syndici et procuratores nomine procuratorio illorum, quorum sunt syndici seu procuratores, firma et solemni stipulatione interveniente, promiserunt michi, notario infrascripto, tanquam publice persone, loco, vice et nomine domini nostri regis stipulanti, dare et solvere domino nostro regi, seu deputando vel deputandis ab eo, terminis supradictis, pro quibus omnibus et singulis supradictis.

Dicti consules, nominibus quibus supra, obligaverunt omnia bona

consulatuum predictorum, videlicet, prout presens negocium quemlibet consulatuum predictorum tangit seu tangere potest, et dicti procuratores et syndici omnia bona illorum, quorum sunt procuratores et syndici, sub omni renunciatione et cautela.

Mandement du roi nommant Raoul, évêque de Laon, et Jean, comte de Forez, commissaires enquêteurs en Languedoc avec mention de leurs pouvoirs (16 août 1318).

Sequitur tenor litterarum regiarum, sub hiis verbis :

Philippus, Dei gracia, Francie et Navarre rex, dilectis et fidelibus nostris (1), episcopo Laudunensi, et comiti Forensis, salutem et dilectionem. Ad ea que [tangunt] bonum statum et utile regimen regni nostri, et specialiter terre et populi senescallie Petragoricensis et Caturcensis, Tholose, Carcassone, et Biterris, Bellicadri, Ruthenensis, ac etiam totius Lingue Occitane, ad quorum terre et populi tranquillitatem et pacem totus mentis nostre aspirat effectus, nostre considerationis vertentes intuitum, et ob hoc, vos, de quibus plene confidimus, ad partes illas, pro reformatione terre et patrie predictarum in melius facienda, specialiter destinantes :

I. De nostris iuribus, rebus, possessionibus, et bonis quibuscumque alienatis, concelatis vel occupatis in nostri preiudicium, de privilegiis, etiam cartis et instrumentis quibuscumque, personis, villis et locis quibuslibet, tam religiosis quam aliis, a predecessoribus nostris et a nobis hactenus concessis, ac etiam de usibus, consuetudinibus et statutis villarum et locorum quorumlibet illarum partium, inquirendi.

II. Alienata, concelata et occupata, ususque et consuetudines et statuta, ad domanium, ius et proprietatem nostram revocandi et ad statum debitum reducendi et reponendi.

III. De gestis, factis, excessibus et commissis qualitercumque et quibuscumque officialium, servientium et ministrorum nostrorum quorumcumque aliarum partium, quocumque nomine censeantur et quacumque auctoritate fungantur, etiam si officiales nostri desierint, inquirendi.

(1) Raoul Rousselet, évêque de Laon, et Jean Ier, comte de Forez. (Voir plus haut, p. 137.)

IV. Ipsosque officiales, pendentibus dictis inquestis, a suis officiis suspendendi ; vel totaliter, si videatur vobis expediens, amovendi, de loco ad locum transferendi, et prout vobis videbitur, restituendi, eosque super eorum male gestis, factis, delictis, excessibus et commissis corrigendi et puniendi, penas eis vel eorum cuilibet et mulctas debitas propter ea infligendi et imponendi, impositas in alias commutandi, easque relaxandi et quittandi.

V. Multitudinem servientium et notariorum, tam publicorum quam aliorum, ad statum et numerum competentem reducendi, et de competentibus eorum salariis ac etiam clericorum, senescallorum, baiulorum, vicariorum, iudicum nostrorum ordinandi et statuendi.

VI. Iuramenta, responsiones et probationes partium, aliosque processus iudiciarios in quibuscumque partibus iudiciorum recipiendi et faciendi, personis, de quibus expediens videbitur, committendi.

VII. Ceteraque omnia et singula circa reformationem, pacem et bonum statum patrie, terre et populi predictorum opportuna, et que, circa supradicta et eorum singula ac etiam ex eisdem dependentia, facienda et utilia fuerint, pace vel iudicio, de plano et sine strepitu iudicii, appellatione quacumque non obstante, faciendi.

Vobis et vestrum cuilibet in solidum, tenore presentium, concedimus et committimus vices nostras plenamque et liberam potestatem ; damus omnibus iusticiariis, fidelibus et subditis nostris, tenore presencium, in mandatis, alios non subditos requirentes, ut, in hac parte, vobis et cuilibet vestrum ac etiam deputatis a vobis, aut vestrum altero, pareant efficaciter et intendant, prebeantque opem, consilium et favorem.

Datum Parisius, decima sexta die augusti, anno Domini millesimo trecentesimo, decimo octavo.

Acceptation du règlement par les commissaires du roi et par les représentants des communes (1er octobre 1318).

De quibus omnibus et singulis dicti domini reformatores preceperunt michi, Stephano de Tilheto, notario infrascripto, et dicti consules, syndici et procuratores requisiverunt me, notarium pre-

dictum, ut facerem publicum instrumentum unum vel plura, quociens per illum seu illos, quem vel quos presens negocium tangit seu tangere potest, ero requisitus.

Actum fuit hoc in castro regio Carcassone civitatis, prima die octobris, anno quo supra, serenissimo principe, domino Philippo, Francie et Navarre rege, regnante, in presencia et testimonio nobilis viri, domini Aymerici de Croso, militis, senescalli Carcassone, discretorum virorum, magistri Girardi de Rumano, iurisperiti, dominorum Hugonis de Carollis, Iohannis de Vernhola, legum doctorum, Hugonis de Romengos, canonici Convenarum, et mei, Stephani de Tilheto, supra et infra scripti notarii, qui, de mandato dictorum dominorum reformatorum, et ad requisitionem dictorum consulum, syndicorum et procuratorum, presens instrumentum recepi.

Fixation de délais pour le payement de la subvention au roi (4 octobre 1318).

Postque, anno quo supra, quum, habito responso per dictos dominos reformatores super dicta compositione et financia a domino nostro rege, ut dixerunt, opporteret terminos solutionis et financie predicte restringere seu abreviare, consules, syndici et procuratores infrascripti, necnon Guillelmus Garreti, habitator Castri Novi de Arrio, pro se et omnibus personis dicto Guillelmo subiectis, ut dixit, infra dictum districtum Salini predicti commorantibus, dicte restrictioni seu abreviationi termini expresse consentientes, ut dixerunt, constituti coram dictis dominis reformatoribus, promiserunt per firmam stipulationem, michi, notario supra et infra scripto, tanquam publice persone, loco, vice et nomine domini nostri regis solemniter stipulanti, videlicet : dicti consules, sub hypotheca et obligatione omnium bonorum eorum consulatuum, prout quemlibet ipsorum consulatum presens negocium tangit seu tangere potest; et dicti syndici et procuratores, sub hypotheca et obligatione omnium bonorum illorum, quorum sunt syndici seu procuratores; et dictus Guillelmus Garreti, sub hypotheca et obligatione omnium bonorum suorum, et sub omni renunciatione et cautela, dare et solvere domino nostro regi, seu deputando vel deputandis ab eo, financiam supradictam, videlicet viginti quinque millia librarum

turonensium parvorum, prima die proximi futuri mensis iulii, et alias viginti quinque millia librarum turonensium parvorum, in tunc proximo festo Nativitatis Domini, et in alio tunc proximo sequenti festo Nativitatis Domini, quinquaginta millia librarum turonensium parvorum, et in alio tunc subsequenti festo Nativitatis Domini alias quinquagenta millia libras turonensium parvorum, sub omni iuris renunciatione et cautela.

Quam quidem obligationem et oblationem dicti domini reformatores admiserunt, in omnibus et per omnia domini regis voluntate retenta.

Nomina vero dictorum consulum syndicorum et procuratorum, qui predicte reformationi seu abreviationi termini consenserunt, sunt hec :

Petrus Fabri, consul de Mirapisce, dominus Andreas Diulesal, legum doctor, et magistri Guillelmus de Farisio, iurisperitus, nomine procuratorio quo supra ; Ramundus Boerii, et Arnaldus Amati, consules de Limoso, nominibus quibus supra ; Bernardus de Taurinhaco, et Guillelmus de Falgarollis, consules Sancte Gavelle ; Petrus de Pinu, consul Alte Rippe, et magister Iacobus Bertrandi, notarius et procurator nomine consulum Alte Rippe, de Veteri Tholosa, de Falgarda, de Claro Monte, de Verneta, de Gerpiaco, de Exutero, de Monte Bruno, de Corinsaco, de Damianis, de Malo Vicino, de Exalsanis, de Novelhanis, de Brugeria, de Posano, de Donovilla, de Dyeme, de Ponte Pertussato, de Podio Abone, de Auzivilla, de Remigono, de Castaneto, de Ayrosvilla, de Gayrano, de Spavesco, et de Ramonvilla, fidem faciens de sua procuratione per quoddam publicum instrumentum ; Iacobus Pontanerii, Matheus Mathei, consules de Calvo Monte ; magister Ramundus Genesii, Petrus Ortigerii, consules Montis Squivi prope Montem Guiscardum ; Arnaldus Antonini, consul Belli Podii ; Petrus Pastoris, procurator consulum Belli Podii predicti, fidem faciens de sua procuratione ; Stephanus Boerii, Bernardus de Iacono, consules castri Montis Regalis, Bartholomeus Leonis, Arnaldus Bruni, eorum consiliarii ; Bernardus Gilberti, Poncius Maurini, consules de Fanoiove ; Bartholomeus Gotina, Petrus Gotina, consules de Saxiaco ; et dictus Bartholomeus, nomine procuratorio consulum Montis Olivi et aliorum locorum

Cabardesii ; magister Ramundus Gataldi, consul Mansi Sanctarum Puellarum ; et magister Bernardus Durandi, iurisperitus, nominibus quibus supra; Bernardus Yssarti, Poncius Sancii, consules de Lauraco ; Arnaldus Ramundi Bramayre, Iohannes de Ruppe Forti, consules de Bellis Planis, Guillelmus Capitis Porci, eorum consiliarius ; magister Ramundus Sucrani, consul Appamiarum, Ramundus Boneti, syndicus, ut asseruit, consulum dicti loci ; magister Iohannes Durandi, procurator, et Arnaldus Gauterii, syndicus, ut dixerunt, consulum de Savarduno ; Gualhardus Guilhamerii, consul de Maseriis ; Arnaldus Dalga, consul de Bordis, comitatus Fuxi ; Ato de Heremo, Faber Faia, consules de Monte Alto ; Guillelmus Bernardi Maial, consul de Sancto Epercio ; Ramundus de Planis, consul de Lesato ; Nicholaus de Ventadorn, consul de Caslario ; Guillelmus de Salvitate, consul de Varillis, ut dixerunt ; videlicet, dicti consules pro se ipsis et nomine eorum consulatuum et universitatum predictarum, prout quemlibet ipsorum tangit seu tangere potest, et dicti syndici et procuratores, nomine illorum quorum sunt syndici seu procuratores, sub obligationibus quibus supra.

Actum fuit hoc in burgo Carcassone, decima quarta die octobris, anno et regnante quibus supra, in presentia et testimonio nobilis viri Aymerici de Croso, senescalli predicti, discretorum virorum, magistrorum Guillelmi de Rumaco, iurisperiti, Iohannis, servientis Ville Longe, Ramundi Costa Verduni, Guillelmi de Bosco Albigensi, Postanni Payrerii, maioris, senescallie Carcassone iudicum, dominorum Francisci Ricomanni et Hugonis de Carolis, legum doctorum, et magistri Stephani de Tilheto, publici auctoritate regia notarii, qui, hec omnia suprascripta, requisitus recepit. Vice cuius magistri Stephani de Tilheto, notarii predicti, et mandato, ego, Petrus de Salone, clericus eius iuratus et substitutus, cartam ipsam scripsi, et a suo originali seu prothocollo abstraxi fideliter et sumpsi, nil addito nilque remoto.

Approbation par le roi. Mars 1319 (n. s. 1320).

Nos autem, omnia et singula in suprascripto instrumento contenta, rata habentes et grata, eadem volumus, laudamus, approbamus, et ex certa sciencia, auctoritate nostra regia, tenore presentium, con-

firmamus, nostro in aliis et alieno in omnibus iure salvo. Quod ut firmum et stabile perpetuo perseveret, presentes litteras sigilli nostri fecimus impressione muniri.

Actum Parisius, anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono, mense marcii.

Hoc est transcriptum littere regie sigillo viridi in filis sericis impendenti sigillate.

XXVIII. — *Charte accordée aux habitants de Mirepoix, à la requête de leurs consuls, avec l'autorisation d'un conseil de famille, par Jean II de Lévis, mineur, seigneur de Mirepoix, et portant confirmation d'anciennes concessions ou en accordant de nouvelles :*

I. *Confirmation des règlements concernant la boucherie et approuvés par son père Jean Ier, le 17 juin 1303.* (Voir plus haut, pièce X, pp. 42-46.)

II. *Réglementation de la chasse de la caille et du lapin.*

III. *Fixation de la redevance pour le blé et la vigne, suivant les dispositions arrêtées par son aïeul Gui III.*

IV. *Nomination de huit conseillers par les consuls.*

V. *Détermination à faire dans les tarifs des objets soumis à la leude.* (Pièce 28 du Cartulaire.)

21 Décembre 1321.

In nomine Domini, amen. Noverint universi quod nos, Iohannes de Levis, dominus Mirapiscis, attendens honorem et proficuum civitatis nostre Mirapiscis et habitantium et declinantium in eadem, et quod quanto dicta civitas magis bonis moribus, libertatibus, privilegiis et franciciis erit insignita, tanto melius gentes aliunde et extranee in eadem, pro habitatione ibidem facienda, declinabunt, et ex hiis magnum proficuum et commodum non modicum reportare debemus, idcirco, ad supplicationem et frequentatam requisitionem Petri Piscis, Iohannis de Rayviaco, Poncii Fabri, Dominici Vasconis, consulum modernorum civitatis predicte, pro se et universitate predicta et singulis de eadem, et aliorum plurium hominum dicte civitatis, quod nos ordinationem dudum factam per inclite recordationis dominum, genitorem nostrum, dominum Iohannem de Levis, dominum Mirapiscis, super carnibus vendendis in macello Mirapiscis, modo et forma vendendi, confirmare haberemus, prout continetur in instrumento confecto per manum Ramundi Guiraudi, notarii Mirapiscis.

Cuius ordinationis tenor, sive clausula, sequitur in hec verba :

I. Videlicet, quod nullus carnificum ville predicte audeat vendere in dicto macello publico oves marranos, etc. (1).

Transcription des articles I-XXIV de la charte X, dont le texte est plus haut, pp. 42-45.

ARTICLE XXIII.

Item statuimus, ordinamus et mandamus quod, si aliquis dictorum carnificum repertus fuerit tenere et vendere in dicto macello publico, clam vel palam, carnes improbas et prohibitas, et contra dicta statuta nostra et ordinationem factam predictam faciendo et veniendo, quod publice preconizetur et notificetur in dicta villa Mirapiscis per preconem nostrum publicum dicte ville, referendo et exprimendo nomen seu nomina ipsorum carnificum qui talia facere reperti fuerunt, ut est dictum : quod talis carnifex seu tales carnifices tenebant tales carnes improbas, exprimendo earum conditiones, et eas vendere volebant in macello publico ville Mirapiscis, et quod, propter hoc, solverunt penam predictam, exprimendo eam, et ipsas amiserunt, et domino Mirapiscis venerunt [carnes], ex causa predicta, in commissum.

. . . . . .

I. Et nos, attendentes quod predicta ordinatio, per dictum dominum genitorem nostrum facta, nedum dicte universitati et cuilibet eiusdem, sed et vobis et omnibus in ea declinantibus est quam plurimum utilis et proficiosa, habito super hoc consilio et tractatu cum reverendo in Christo patre ac domino, domino Petro, divina gracia Cameracensi episcopo, ac egregiis viris, dominis Francisco de Levis, Thoma de Brueriis, patruis et avunculo nostris, de ipsorum consilio et assensu, et ipsis presentibus, tractantibus et volentibus, ordinationem ipsam suprascriptam in omnibus et singulis articulis, per nos et nostros heredes et successores, presentes atque futuros, scienter et deliberate, non seducti ab aliquo, aut aliqua fraude vel dolosa suggestione inducti, approbamus, ratificamus et confirmamus

(1) Bien que le règlement soit inséré plus haut, nous croyons devoir reproduire l'article XXIII dont le texte, plus correct, ne donne pas lieu à une interprétation du sens, comme nous avons été obligé de le faire dans une note. (Voir page 46.)

et eam concedimus et donamus, et volumus perpetuo et inviolabiliter observari, ita videlicet quod dicti carnifices dicte civitatis Mirapiscis, qui nunc sunt et pro tempore erunt, iurent et iurare habeant ad sancta quatuor Dei evangelia, in presencia baiuli nostri seu eius locum tenentis et consulum, qui nunc sunt et pro tempore fuerint, ordinationes predictas tenere, servare et in nullo contravenire, clam vel manifeste, sub penis et sacraments predictis. Et ad hec tenenda per dictum nostrum baiulum vel curiam nostram dicti carnifices, semel et pluries, viriliter compellantur.

II. Item, quum nos, nuper publice et cum tuba, inhibere fecimus ne aliquis auderet, in districtu civitatis predicte, capere coturnices (1) cum reto, filato vel laqueo, sub pena sexaginta solidorum turonensium nobis applicanda, Nos, ad requisitionem dictorum consulum et de consillio dominorum patruorum et avunculi nostrorum predictorum, inhibitionem illam et preconizationem, deliberato animo, revocamus et annullamus et pro nulla et revocata habere volumus, nunc et semper.

III. Item, quum dicti consules nobis supplicaverint quod nos ordinationem, ut dicitur, factam inter inclite recordationis dominum Guidonem de Levis, avum nostrum, vel eius predecessores, ex una parte, et consules Mirapiscis, qui tunc erant, nomine dicte universitatis, ex altera : quod omnes terre, tunc parcionales, redderent septimam partem tantum intus ipsam terram, et vinee quintam partem, portatam ad castrum Mirapiscis ; et, si contingeret in dictis terris parcionalibus vineas plantari, quod dominus vel possessor ipsius vinee quintam partem vindemie, portatam ad castrum Mirapiscis, reddere teneretur ; et si de dictis terris, in quibus vinee erant plantate vel plantande, ipse vinee, dum plantate forent, evellerentur et ad culturam bladi redigerentur, quod de blado, modo pristino, septima pars redderetur, servari et teneri faceremus (2), Nos, consilio et voluntate dominorum predictorum, reperto, cum gentibus seu officialibus nostris, ipsam ordinationem veram esse,

(1) *Coturnix*, caille.

(2) *Servari et teneri faceremus* se rapportent aux deux premières lignes du paragraphe : *supplicaverint quod nos ordinationem...*

ideirco, pro nobis et nostris heredibus et successoribus, presentibus et futuris, ordinationem ipsam, deliberato animo, approbamus, ratificamus et confirmamus, et etiam teneri volumus perpetuo et servari.

IV. Item, attenta supplicatione per dictos consules nobis facta quod possint octo consiliarios eligere, qui haberent iurare ipsis consulibus bonum et sanum consilium super regimine dicte civitatis prestare, et, recusantes iurare, compellerentur iurare per baiulum nostrum Mirapiscis, Nos, honori et proficuo dicte nostre civitatis vigilantes et requisitioni dictorum consulum annuentes, pro nobis et nostris, deliberato consilio, eisdem consulibus, qui nunc sunt et pro tempore erunt, et dicte universitati, concedimus et donamus quod, si velint, possint dictos octo consiliarios eligere et baiulo nostro Mirapiscis, seu eius locum tenenti, presentare pro recipiendo et exigendo ab eis dicto iuramento.

V. Qui quidem baiulus, seu eius locum tenens, a dictis consiliariis sic electis dictum recipiat et exigat iuramentum, dumtamen dicti electi consiliarii idonei et non suspecti et nobis iustitiabiles existant, non intendentes, per predictam concessionem, in aliquo derogare usui et consuetudini dictorum consulum et universitatis, aut ipsos restringere, quin possint convocare plures homines dicte civitatis, tociens quociens voluerint pro expediendis negociis et consilio ab eis habendo, prout antea faciebant.

VI. Item, quum, tam per nos quam per dominum genitorem nostrum predictum, publice inhibitum fuerit et mandatum ne aliquis esset ausus capere cirogrillos (1) in iuridictione nostra sub pena decem librarum turonensium, aut manus mutilatione, et per ipsos consules vel eorum predecessores nobis frequentissime supplicatum fuerit quod nos preconizationem predictam revocaremus et penam predictam reduceremus ad penam sexaginta solidorum turonensium dumtaxat solvendam, sicut fuerat hactenus consuetum, per capientem cirogrillum seu cirogrillos, Nos, dictorum dominorum patruorum et avunculi nostrorum freti consilio, inhibitionem, proclamationem et pene impositionem ipsas, in modum qui sequitur, revocamus, et etiam declaramus quod, si quis scienter, in batudis,

(1) Lapins.

garams et plaperiis, vel aliis locis defensis nostris, venatus fuerit aut ceperit cirogrillum vel cirogrillos sine nostri licencia vel nostrorum, dictam penam decem librarum turonensium nobis solvat. Si vero aliquis, scienter vel casu fortuito, ceperit cirogrillum vel cirogrillos in campis, vineis, hortis, nemoribus, vel aliis locis non defensis, nisi cirogrillum vel cirogrillos, per ipsum captos, ad castrum nostrum Mirapiscis apportaverit et gentibus nostris, illico quum ipsum ceperit, restituerit, penam sexaginta solidorum turonensium dumtaxat, incurrat, nobis et nostris applicandam, preconisationem, inhibitionem et mandatum ipsas (*sic*) in aliis et quoad alia nunc et perpetuo revocantes et omnino annullantes.

VII. Item, quum dicti consules nobis dixerint pluries et ostenderint quod, in libris factis dudum, de mandato dicti domini genitoris quondam nostri, super rebus leudabilibus et non leudabilibus que, causa vendendi, deferuntur ad dictam civitatem nostram Mirapiscis vel transeunt per eamdem, aliqua leudabilia et non leudabilia remanserunt tunc temporis, quum alia scripta fuerunt in dictis libris ad scribendum, et nobis sepissime supplicaverint ut illa que non scripta sunt leudabilia inter res leudabiles, et non leudabilia inter res non leudabiles, in dictis libris, ad perpetuam habendam memoriam, conscribantur, Nos, ad evitandum omne periculum quod, propter avariciam firmariorum dicte leude vel aliter, posset evenire, et pro bono publico et iure nostro conservando, volumus, concedimus et ordinamus quod predicti consules, una cum baiulo et aliis officialibus nostris, predicta, prout invenerint legitime teneri, ad solvendum leudam vel non, in dictis libris apponi faciant et conscribi, et quod ea que scripta sunt et etiam scribentur, modo proxime dicto, perpetuam obtineant roboris firmitatem.

Acta fuerunt hec anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, videlicet die vicesima prima mensis decembris, regnante domino Philippo, Francorum et Navarre rege : in presentia et testimonio nobilium virorum, dominorum Simonis de Batoyra, Almarici de Cauda, militum, et discretorum virorum, dominorum Arnaldi de Verdala, Mirapiscensis, Iohannis de Curnavilla, Remensis canonicorum, Arnaldi Piscis, persone personatus de Zempse, Cameracensis dyocesis, Ramundi Bathalle, senioris, Petri Fabri, Garsionis de

Burgo, Ramundi Granelli, mercatoris de Mirapisce, Iohannis de Torrellis, Arnaldi de Furno, notarii Mirapiscis, et plurium aliorum, et mei, Arnaldi Aybrani, notarii publici civitatis et terre Mirapiscis, qui, mandatus per dictum dominum et requisitus per dictos consules, hanc cartam recepi, scripsi et signo meo signavi.

A la suite de l'acte se trouvent les mots suivants : Retentum fuit duplum in processu consulum contra dominum de Mirapisce, die XXVI februarii, anno Domini M° IIII° nonagesimo secundo, per me, Berardium, notarium. (26 février 1492, n. s. 1493).

XXIX. — *Accord passé entre Jean II de Lévis, seigneur de Mirepoix, pour lui et pour son frère Gaston, d'une part, et les consuls de Mirepoix, de l'autre, pour mettre fin à des différends, réprimer les usurpations, commis par les officiers seigneuriaux au détriment des habitants, et régler les rapports des seigneurs et des habitants en diverses matières.*

Remise de l'imposition levée de force sur les habitants, à l'occasion de la chevalerie conférée à Jean et à Gaston de Lévis ; réserve des droits de chaque partie à ce sujet.

Rétrocession aux habitants de terrains, qui avaient été repris par suite de l'inobservation des conditions.

Droit laissé aux consuls de nommer les peseurs de pain, les collecteurs et estimateurs d'impôts, le crieur public.

Règlement concernant la vente du vin au détail, la restriction de la réquisition arbitraire de moutons au profit du seigneur.

Interdiction de déposséder les gens avant de connaître la cause, etc. (Pièce 29 du Cartulaire.)

26 Février et 22 Mars 1325 (n. s. 1326).

Rex pacificus, pia miseratione, disposuit sibi subditos fore pudicos, pacificos et modestos. Quum igitur, humani generis inimico seminante zisaniam inter magnificum virum, dominum Iohannem de Levis, dominum Mirapiscis, ex una parte, et Petrum Fabri, Ramundum Granelli et Arnaldum Isarni, consules Mirapiscis, pro se, et vice et nomine universitatis hominum civitatis Mirapiscis et singulorum ex ea, dicti domini Mirapiscis subditos et fideles, ex parte altera, ex infra scriptis articulis, suborte fuissent multiplices et diverse materie questionum, ex quibus rancores et odia provenerunt, et prefatis partibus, et potissime consulibus et universitati predictis, possent in posterum scandala et dampna plurima provenire, idcirco, prefatus dominus Mirapiscis, attendens quod ipse, ut temporalis et immediatus dominus civitatis predicte et habitantium in eadem, eos tenetur speciali charitate diligere et favorabilibus affectibus

confovere, et, versa vice, consules supra dicti, pro se, et nominibus quibus supra, attendentes obedienciam et reverenciam, quam dicto domino Mirapiscis, ut suo bono, precipuo et immediato domino, exhibere et prestare tenentur, pacem etiam et concordiam et vere charitatis zelum ac devote subiectionis et obediencie debitum, qui et que, inter eos et universitatem predictam et ex ea singulos et predecessores eorum, et dictum dominum Mirapiscis et predecessores eius hactenus viguerunt, merito recolentes, quum, non nisi in pacis tempore, colatur idonee pacis actor, prefatus dominus Mirapiscis, pro se, ac vice et nomine domini Gastonis, fratris sui, ad instantiam, devotam et humilem supplicationem ipsorum consulum et hominum Mirapiscis, humilitatem eorum pie considerans, cum prefatis subditis suis agere misericorditer et pie desiderans, pro se et heredibus et successoribus suis, ex una parte, et prefati consules, pro se, et vice ac nomine universitatis predicte et singulorum ex ea, presencium et etiam futurorum, ex altera, ad infra scriptam pacem et concordiam amicabiliter, concorditer, ac ex certa sciencia, amicis eorum communibus intervenientibus, devenerunt sub modis formis, pactis et conditionibus infra scriptis :

In primis, dictus dominus Mirapiscis, pro se, et vice et nomine predictis, volens, ut bonus dominus, prefatos consules ac universitatem predictam et singulos de eadem, sicut suos fideles subditos, affectione prosequi speciali, predictis consulibus, nomine dicte universitatis ac singulorum de eadem, petentibus, requirentibus ac humiliter supplicantibus, ut fideles subditos facere decet, gratia ac motu proprio, animoque benigno remisit eisdem consulibus et universitati predicte et singulis de eadem ac consiliariis, seu consilium et favorem ipsis prebentibus in hac parte, penitus ac perpetuo, omnem rancorem et odium seu malam voluntatem, si quos vel si que, occasione premissorum, contra ipsos habebat seu habere poterat usque ad presentem diem, amorem suum et gratiam eisdem benigne reddidit et etiam gratiose.

Verum, quum orta esset inter dictum nobilem dominum Mirapiscis, ex una parte, et dictos consules prefate civitatis, ex altera, materia questionis super et quod nobilis supra dictus, ratione sue nove militie, subsidium petierat a consulibus et universitate pre-

dictis et singulis de eadem, quod sibi, occasione predicta, ab eis deberi dicebat, tam de iure communi quam etiam iuxta notorias consuetudines gallicanas prepositure Parisiensis, ad quas dicta civitas Mirapiscis et cetera terra dicti domini Mirapiscis notorie et manifeste tenentur, et etiam iuxta consuetudines regni Francie ac etiam huius terre, et dictis consulibus et hominibus Mirapiscis prefatum subsidium prestare recusantibus, quedam gentes seu officiales dicti domini Mirapiscis quibusdam singularibus personis civitatis predicte certas collectas seu tallias imposuerant, occasione subsidii memorati, et prefatis personis talliatis prefatas tallias solvere recusantibus fecerant eas pro dictis talliis pignorari, dicentes hoc sibi licere, tam de iure quam iuxta consuetudines supradictas, et etiam iuxta antiquam consuetudinem et possessionem seu quasi tam dicti domini Mirapiscis seu predecesssorum suorum quam etiam aliorum terrariorum, nobilium ac baronum senescallie Carcassone et Biterris, antiquitus tantis obtentis temporibus quod in contrarium memoria hominum non existit, dictis consulibus, nominibus quibus supra, contrarium asserentibus et dicentibus se et universitatem predictam vel aliquos ex ea, ratione dicte militie, ad prestationem prefati subsidii non teneri, et quod, si unquam alicui predecessori dicti domini Mirapiscis aliquid, occasione sue nove militie, prestiterant, id fecerant gratis et liberaliter, et nulla iuris vel facti seu consuetudinis necessitate cogente, et quod, occasione predicta vel aliter, collectari vel talliari non debent, propter quod dictas impositiones et tallias revocari et dicta pignora personis pignoratis restitui petierunt, dictus dominus Mirapiscis, pro se, et vice ac nomine quibus supra, pro bono pacis et concordie, ad quam plurimas preces plurium magnarum et nobilium personarum, que, super hiis et aliis in presenti compositione contentis, effuderunt multipliciter, et ex cordis affectu, preces suas, dictas impositiones, tallias et pignorationes, ratione dicte sue nove militie impositas et factas, libere cassavit et expresse revocavit et annullavit, et pignora, predicta occasione, a quibuscumque personis civitatis predicte et pertinenciarum eius capta, libere et sine custu, restitui concessit, voluit et precepit, promisitque et convenit bona fide, pro se et successoribus suis, prefatis consulibus, pro se, et

nominibus quibus supra, stipulantibus et recipientibus, quod ex nunc, occasione ipsius domini Iohannis, nunc domini Mirapiscis, nove militie, consulibus et universitati predictis vel singulis ex eadem collectam aliquam, ipse, per se vel alios pro ipso, non imponet nec imponi faciet vel permittet et impositam, si forte contingeret, levari vel exigi quibuscumque temporibus non faciet, nec permittet.

Verum, ne pro futurorum heredum et successorum dicti domini Mirapiscis et dicti domini Gastonis, fratris sui, novis miliciis, domino Mirapiscis, et heredibus et successoribus eius et dicti domini Gastonis, dominis Mirapiscis, super huiusmodi subsidii [prestatione], occasione nove militie, debendi, petendi, exigendi, levandi et prestandi, preiudicium aliquod generetur, per compositionem presentem fuit concorditer actum inter partes predictas, specialiter et expresse, quod :

I. Quandocumque et quotienscumque in personis successorum dicti domini Mirapiscis et dicti domini Gastonis, vel alicuius eorum dominorum Mirapiscis, nove militie casus evenerit, ius habendi, levandi et exigendi subsidium ratione nove militie, si quod eidem domino Mirapiscis et dicto domino Gastoni, et successoribus eorum, tam de iure quam iuxta consuetudines gallicanas predictas vel alias, seu de antiqua consuetudine vel possessione seu quasi sua vel predecessorum suorum, competens seu competere potens in futurum eidem domino Mirapiscis et dicto domino Gastoni et successoribus suis, dominis Mirapiscis, et integrum et illibatum permaneat, per presentem compositionem nullatenus immunitum.

II. Et, versa vice, prefatis consulibus et universitati Mirapiscis et singulis de eadem omnia iura, exemptiones et defensiones eis competentes et competiture, si que sint, modo quolibet, in futurum, propter quas a dicti subsidii prestatione se valeant rationabiliter excusare, integre et illibate remaneant et serventur, per presentem compositionem nullatenus immutate.

II. Et quia universitates cetere terre dicti domini Mirapiscis eidem domino Mirapiscis, ratione sue dicte nove militie, retrodecimam fructuum et reddituum bonorum suorum, ratione dicti subsidii,

concesserint, et, ratione concessionis huius, gentes dicti domini retrodecimam fructuum terrarum et possessionum quorumdam hominum Mirapiscis, constitutorum in aliis castris et territoriis dicti domini Mirapiscis a civitate predicta, quorum castrorum seu locorum universitates concesserunt retrodeciman supradictam, ceperint ad manum dicti domini Mirapiscis et adhuc detinent occupatam, dictus dominus Mirapiscis, pro se, et vice ac nomine predictis, voluit et concessit, pro bono pacis et concordie, quod dictis hominibus Mirapiscis fructus et proventus terrarum et possessionum suarum, sitarum extra terminos Mirapiscis, in castris et territoriis castrorum et locorum, quorum universitates dictam retrodecimam concesserunt, capti per gentes dicti domini Mirapiscis, occasione retrodecime supradicte, cum effectu et sine fraude, et dilatione ac difficultate quacumque, reddantur et restituantur hominibus Mirapiscis a quibus capti fuerunt occasione predicta, quandocumque per consules Mirapiscis vel alios eorum nomine, aut illos a quibus capti fuerunt, ipse dominus Mirapiscis vel eius gentes ad hoc potestatem habentes fuerint requisiti, si extant. Et si forte non extant, voluit et concessit quod existimatio dictorum fructuum fiat simpliciter et de plano, et absque strepitu et figura iudicii, per duos probos viros, quorum unus eligatur per dictum dominum Mirapiscis vel deputatos ab eo, et alius per consules supradictos. Quorum proborum virorum consilium et existimationem faciendam per eos curia Mirapiscis credere, tenere et exsequi et restitui facere teneatur.

IV. Item, quum gentes dicti domini Mirapiscis quedam localia extra cavas Mirapiscis existentia cepissent ad manum dicti domini Mirapiscis, dicentes ea dicto domino Mirapiscis fore commissa pro eo quia, iuxta formam concessionis et acquisitionis eorum, infra certum terminum a die concessionis et acquisitionis eorum, [acquisitores] edificasse debuerant et non edificaverant, ut debebant, dictus dominus Mirapiscis, pro se, et vice ac nomine quibus supra, ad instantes supplicationes et preces consulum predictorum et hominum Mirapiscis, manum suam in dictis localibus per ipsum vel gentes eius, predicta occasione, appositam amovit et pro a mota haberi voluit, et prefatum commissum, si quod fuit, predicta occasione, contingens dictorum localium et aliorum similis conditionis, in quibus manus

predicta apposita non fuerit, acquisitoribus seu possessoribus omnino remisit, et dictam manum suam, occasione premissa, deinceps non apponere nec apponi facere in dictis localibus, solemni stipulatione, promisit.

V. Et si forte in dictis locatibus maior soli seu terre quantitas reperiatur quam contineatur in instrumentis acquisitionum ipsarum, illud plus dictus dominus Mirapiscis, pro se, et vice ac nomine quibus supra, promisit dare et concedere possessoribus eorumdem in emphiteosim seu accapitum sub intrata, censu, accapito et aliis serviciis consuetis, prout cetera pars dictorum localium et cuiuscumque ipsorum, quibus seu cui dicta augmencta coniuncta sunt, concessa fuit a principio in accapitum seu emphiteosim per dominos Mirapiscis seu gentes ipsorum.

VI. Item quum consules Mirapiscis dicerent se turbari et impediri, contra antiquam consuetudinem et privilegia consulum predictorum et universitatis dicti loci, in ponderatione panis et paste flequeriorum, qui fuerint ad vendendum in civitate predicta et suburbiis seu continentibus edificiis, idem dominus Mirapiscis, pro se, et vice ac nomine quibus supra, voluit et dictis consulibus et universitati concessit in perpetuum quod consules universitatis supradicte possint unum vel plures idoneos viros eligere, qui panem et pastam flequeriorum et flequeriarum Mirapiscis, qui fient ad vendendum in civitate predicta, in pane cocto vel pasta cruda, ad electionem ponderatorum, valeant ponderare. Quos sic electos presentare debeant dicto domino de Mirapiscis vel eius baiulo dicti loci vel eius locum tenenti, qui ipsos recipiat; in cuius manibus predicti sic electi et presentati iurare debeant, antequam exerceant officium supradictum de prefato officio utiliter et fideliter exercendo.

Quo iuramento prestito, prefati sic electi, iurati et recepti per dominum seu curiales predictos Mirapiscis, prefatum officium libere valeant exercere, et ipsi ponderatores inter omnes, in qualibet septimana qua ponderaverint dictum panem seu pastam, a quolibet flequerio et flequeria dicti loci unum denarium turonensium dumtaxat recipere possint in sui remunerationem laboris, et panem minoris ponderis teneantur pauperibus erogare.

Quorum ponderatorum officium duret quousque alii ponderatores per consules Mirapiscis electi fuerint, et per dominum Mirapiscis seu eius officiales predictos fuerint recepti, et non ultra.

VII. Item super et quod dicti consules, nominibus quibus supra, dicebant quod gentes ipsius domini Mirapiscis dederant in accapitum quedam galogia (1) ipsius civitatis, que fuerunt data et concessa, ut dicebant, ab initio fundationis loci Mirapiscis et deputata ad usum communem vicinarum domorum, videlicet, ad recipiendum aquas et stillicidia edificiorum dicte civitatis, ut perinde haberent decursum et recipi possent stillicidia predicta; que quidem datio in accapitum, in dampnum et preiudicium dicte civitatis et habitantium in ea et etiam dicti domini Mirapiscis posset non modicum redundare; voluit et concessit idem dominus Mirapiscis, pro se, et vice ac nomine quibus supra, rei publice dicte civitatis et habitantium in eadem commodum et honorem summe desiderans, pro se suisque heredibus et successoribus, quod amodo, nec ipse, nec eius successores vel eorum gentes seu officiales, aliquo tempore, dicta galogia dabunt ad accapitum in totum vel in parte, sed ea libere permittant esse in statu in quo, in principio constructionis dicti loci Mirapiscis, per eius predecessores seu gentes suas data, demissa seu deputata fuisse dicuntur.

Et si qua galogia data fuerint ad accapitum per ipsum vel gentes suas, illud revocat cum effectu et ad statum pristinum reducit.

VIII. Item super eo quod dicti consules, pro se, et nomine quo supra, conquerebantur quod dictus dominus Mirapiscis vel gentes sue impediebant ipsos consules ne reciperent iuramentum ab his quos eligebant pro ordinandis, imponendis, levandis et faciendis talliis et collectis et existimandis facultatibus, sive fiant secundum solidum et libram vel aliter, hominum dicte ville pro dictis talliis faciendis, quum dicti consules usi fuissent ab antiquo recipere iuramenta a dictis collectoribus et talliatoribus et existimatoribus supradictis et aliis singularibus omnibus personis existimantibus et existimare debentibus facultates suas, pro ipsis fideliter existimandis et talliis ordinandis, imponendis et faciendis per se et sine gentibus

(1) *Galogium*, égout, conduit, fossé. Ce mot n'est pas dans le glossaire de Ducange.

dicti domini Mirapiscis ac predecessorum suorum, ut dicebant, voluit et concessit dictus dominus Mirapiscis, pro se, et vice ac nomine dicti domini Gastonis, et [pro] heredibus et successoribus eorum, dictis consulibus presentibus, pro se, et nomine quo supra recipientibus, quod ipsi consules et eorum successores, qui pro tempore fuerint consules in civitate predicta, per se ipsos et absque requisitione ipsius domini, heredum, successorum suorum ac quorumcumque officialium eorumdem, iuramentum recipere possint libere ab electis et eligendis et aliis personis memoratis, nunc et in futurum, perpetuo, per ipsos, pro ordinandis, imponendis, faciendis et levandis talliis et collectis in civitate predicta, sive fiant pro solido et libra sive per alium modum, et pro taxandis seu existimandis bonis et facultatibus suis et eorum qui fuerint talliandi, dumtaxat de prefatis officiis fideliter exercendis.

IX. Si vero contingeret quod isti electi vel eligendi vel alii supradicti nollent iurare in manibus ipsorum consulum, tunc baiulus ipsius domini seu eius locum tenens, qui pro tempore fuerit, eosdem electos et alias personas memoratas, ad requisitionem consulum dicte civitatis, qui pro tempore fuerint, compellat et compellere teneatur ad prestandum huiusmodi iuramentum in manibus consulum predictorum.

Ita quod electi et iurati huiusmodi exigendi ab invitis et solvere recusantibus collectas et tallias supradictas eis impositas, nec aliquid aliud faciendi quod ad exercitium iuridictionis pertineat, nullam habeant potestatem ; sed curia domini Mirapiscis compulsiones huiusmodi, ad requisitionem ipsorum, facere teneatur.

X. Item super eo quod dicti consules conquerebantur quod dictus dominus Mirapiscis vendebat et arrendabat, cum baiulia Mirapiscis, banna que levantur et levari consueverint ab illis qui, per se vel cum animalibus suis, talam faciunt in agris et fructibus existentibus infra terminale seu territorium civitatis predicte, quod quidem, ut asserunt, est inusitatum et quam plurimum preiudiciale habitatoribus civitatis antedicte, predictus dominus Mirapiscis, pro se, et vice et nomine dicti domini Gastonis et [pro]eorum heredibus et successoribus, promisit predictis consulibus, pro se, ac quo supra nomine

recipientibus, quod banna premissa, sive eidem domino, in toto vel in parte, sive aliis quibuscumque consueverint applicari, communiter vel divisim, per ipsum, eius heredes vel successores, vel alium seu alios eius nomine, de cetero, non possint, nec debeant vendi seu arrendari cum baiulia dicti loci vel sine ea; et ita mandavit cum effectu per gentes suas fieri et compleri.

Voluit insuper dominus sepe dictus quod privilegia et concessiones, quas dicti consules dicunt super hec se habere et habuisse a predecessoribus suis, eisdem omnino serventur.

XI. Item super eo quod dicti consules conquerebantur quod dictus dominus Mirapiscis, auctoritate propria, posuerat, ut dicebatur, in civitate Mirapiscis unum preconem absque presentatione dictorum consulum, in magnum preiudicium ipsorum consulum, quum ipsi asserant se esse et fuisse in possessione diuturna presentandi preconem dicte civitatis ipsi domino vel eius senescallo seu locum tenenti, quem debet recipere dictus dominus seu eius senescallus, si sit idoneus, et, si non est idoneus, tociens possint eligere et presentare quousque aliquis sit idoneus repertus, ipso domino Mirapiscis in contrarium asserente quod ad ipsum spectabat preconis supradicti institutio sine presentatione quacumque, nichilominus tamen, de gracia speciali, voluit et concessit dominus supradictus, pro se, et vice ac nomine quibus supra, quod consules Mirapiscis, qui pro tempore fuerint, presentare possint, quotiens opus fuerit, dicto domino, heredibus et successoribus suis, vel senescallis vel eorum loca tenentibus, qui pro tempore fuerint, aliquem ad preconis officium exercendum. Qui sit idoneus et per ipsos vel eorum alterum, qui pro tempore fuerint, recipi debeat; qui, presentatus et receptus, solus, et nullus alius, per se vel per alium, preconis officium valeat exercere. Si vero non sit idoneus, totiens alium eligant et presentent quousque aliquis idoneus sit repertus, dumtamen ille presentandus sit iusticiabilis domino Mirapiscis.

Qui quidem preco, sic presentatus et receptus, iurabit in manus dicti senescalli vel eius locum tenentis, nomine domini Mirapiscis, quod dictum officium fideliter exercebit ad commodum et honorem dicti domini et subditorum suorum.

Et idem preco proclamare debebit quecumque mandata sibi facta

per dictum dominum Mirapiscis, vel senescallum, aut eius curiam, seu baiulum Mirapiscis, sine aliquo salario, quod inde percipere debeat a dicto domino vel eius gentibus supradictis. Et si forsan aliqua committeret in officio vel extra, per curiam domini Mirapiscis debebit puniri vel aliter ab officio amoveri. In quo casu, dicti consules poterunt alium idoneum et dicto domino iusticiabilem presentare, qui recipi debebit, si sit idoneus, modo et forma quibus supra.

XII. Et quia consules, qui nunc sunt, volunt, sicut tenentur, honorem et reverenciam exhibere domino suo, domino Iohanni de Levis, nunc domino Mirapiscis, voluerunt et concordaverunt, pro se, et quo supra nomine, quod ipsi presentabunt domino Mirapiscis predicto, vel eius senescallo seu eius locum tenenti, Berengarium, nunc preconem dicte civitatis, quem dominus predictus posuerat auctoritate propria, absque sciencia et presentatione consulum predictorum, et quod iste Berengarius debeat esse preco, quamdiu vixerit, nisi propter eius exessus vel delicta, ut supra dictum est, per curiam domini Mirapiscis amoveretur de officio predicto ; sub tali tamen conditione et modo quod, per istam presentationem, nullum preiudicium generetur in futurum consulibus antedictis et quo supra nomine ; quin amodo possint et debeant eligere quem voluerint presentandum, forma et modo quibus superius est expressum ; hoc videlicet acto quod, quum dictus Berengarius desinet esse preco, quod consules, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint, possint dicto senescallo vel eius locum tenenti unum vel plures ad dictum officium presentare pro dicto officio exercendo, modo, forma et conditionibus quibus supra ; nullusque instituatur in preconem Mirapiscis, absque dicta presentatione consulum Mirapiscis.

XIII. Item super eo quod dicti consules conquerebantur quod dictus dominus Mirapiscis seu gentes sue volebant et compellebant cives dicte civitatis, qui habebant vinum ad vendendum, ut quodlibet vini dolium, quod vendebatur ad tabernam, facerent proclamare, et quod, uno vendito, et in eodem instanti vel quasi, sine iterata proclamatione [aliud] vendere non auderent, quod, ut dixerunt iidem

consules, contra usum et libertates extitit civitatis ipsius, prefatus dominus Mirapiscis, pro se, et vice ac nomine dicti domini Gastonis, et pro eorum heredibus ac successoribus, futuris dominis Mirapiscis, in perpetuum voluit et concessit prefatis consulibus presentibus, et ut supra, ac nominibus quibus supra stipulantibus, quod, quotiens casus contigerit vendere vina ad tabernam in ipsa civitate per quemcumque, quod, preconizato seu proclamato vino unius dolii, cetera ille vendere libere possit, dumtamen, continuando venditionem ipsam, hoc fiat absque intervallo seu spacio ultra quam diei unius; et ulterius seu sepius singula dolia proclamare facere, dumtamen continuetur venditio, ut supra dictum est, non cogantur.

XIV. Item, super eo quod dicti consules dicebant quod dictus dominus Mirapiscis seu eius gentes, eius nomine, mutones a civibus dicte civitatis, quos habebant, sepius capiebant pro voluntate, invitis et contradicentibus hominibus dicte civitatis quorum erant mutones predicti, dicto domino dicente quod, faciendo appreciare dictos mutones secundum existimationem communem, sicut facere consueverunt ipse dominus et predecessores sui, ut dicebat dominus predictus, ipse capi facere poterat mutones predictos, tamen, pro bono pacis et concordie, voluit et concessit dictus dominus, pro se, et vice ac nomine dicti domini Gastonis et [pro] heredibus et successoribus suis, ipsis consulibus presentibus ac pro se, et nomine quo supra, recipientibus, quod ulterius, nec ipse, nec eius successores facient capi mutones aliquos ab hominibus suis civitatis Mirapiscis, invitis dictis hominibus, nec contra ipsorum voluntatem, nisi in casu ubi repente veniret aliquis magnus princeps et non possent inveniri venales pro sufficienti ad receptionem principis ante dicti. Quo casu, liceat dicto domino Mirapiscis et eius gentibus usque ad sufficientem modum, sine fraude, iuxta necessitatem predictam, mutones recipere et illis, quorum erunt mutones, statim dum dictos mutones recipient, ad voluntatem ipsorum, precium dictorum mutonum solvere [debeant] iuxta existimationem communem per iuratos civitatis predicte.

XV. Item, super eo quod dicti consules, pro se et nominibus quibus supra, conquerebantur quod dominus Mirapiscis seu eius gentes aliquotiens, absque cause cognitione, deicebant homines

dicte civitatis de possessione, sayzina seu detentione bonorum aut rerum, tam mobilium quam immobilium, predictus dominus, pro se, et vice ac nomine quibus supra, voluit, promisit et concessit dictis consulibus, nominibus quibus supra, stipulantibus et recipientibus, quod, de cetero, nemo de dicta universitate Mirapiscis deiciatur de sua possessione, sayzina seu detentione, sine cause cognitione. Quod si fierit, quod absit, super hiis serventur ius scriptum et arresta regia super predictis edita.

Noluit tamen dictus dominus quod ad feuda nobilia, que tenentur ab eo ad homagium, presens concessio se extendat, nec ad alios qui non sunt de dicta universitate Mirapiscis.

XVI. Que quidem omnia et singula, superius in dictis articulis seu capitulis promissa, concessa et conventa per prefatum dominum Mirapiscis, idem dominus Mirapiscis, pro se et heredibus suis et successoribus, et nomine ac vice dicti domini Gastonis, fratris sui, tenere, servare ac complere inviolabiliter et perpetuo, et nullatenus contrafacere et venire in toto vel in parte, per se vel per interpositam personam, bona fide, dictis consulibus stipulantibus et recipientibus pro se et dicta universitate et omnibus et singulis de dicta universitate, et michi, notario infrascripto, stipulanti et recipienti nomine dicte universitatis et singulorum de eadem, stipulatione solemni, promisit et convenit.

XVII. Retinuit tamen sibi et protestatus fuit idem dominus Mirapiscis quod, propter premissa vel aliquid premissorum, aliquod ius sibi et domino Gastoni, fratri suo predicto, debitum seu competens seu competere potens, de quo in premissis aliqua mentio facta non sit, remittere non vult, nec intendit, nec remittit propter presentem compositionem; nec etiam eosdem consules et universitatem vel aliquos de ipsa liberare intendit, nec liberat ab aliis iuribus, prestationibus, redibenciis, obventionibus, serviciis seu quibuscumque deveriis, que ei et dicto fratri suo et eorum heredibus et successoribus debeant vel debere possunt vel poterunt in futurum consules et universitas predicti seu singuli de eadem, nisi tantum de hiis et in hiis de quibus superius est expressum.

XVIII. Et ibidem dicti consules, pro se, et nominibus quibus supra,

protestati sunt specialiter et expresse quod, ob premissa vel aliquid premissorum, alicui iuri, scripto vel non scripto, sibi et dicte eorum universitati seu singulis de eadem aliter competenti seu competituro renunciare, remittere, tacite vel expresse, non intendunt, nec renunciant, nec aliquod preiudicium sibi facere, actu, etiam contrario, subsequto vel subsequendo, nec, occasione presentis compositionis, se aut dictam universitatem vel aliquem de eadem submittere alicui nove servituti.

Acta fuerunt hec in civitate Mirapiscis, videlicet, in monasterio monialium Beate Marie de Belloloco, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto, domino Karolo, illustrissimo rege Francorum et Navarre regnante, die vicesima septima mensis februarii, intitulata tercio kalendas marcii, presentibus, consensientibus ad predicta omnia et singula in dictis capitulis seu articulis contenta, videlicet, Arnaldo de Berga, Iohanne Audivini, Petro Ramundi de Planovillario, Bernardo Terrena, Bernardo Hugonis, Iacobo Rosaudi, Aycelino Iuliani, Guillelmo de Farisio, Petro Auriolli, Andrea Columbi, Iohanne Denagasca, Gartione de Burgo, Poncio Fabri, Petro de Spinosio, Iohanne Faia, Iohanne Senessa, Ramundo Gauterii, Ramundo Iohannis Sartore, Ramundo Fabri Sartore, Guillelmo Arneti, Iohanne Cantarelli, Bernardo Iohannis, Guillelmo de Berga, omnibus de Mirapisce; in presencia et testimonio nobilium virorum, dominorum Theobaldi de Bordis, domini de Caslario, Bernardi de Manso, militum, Ramundi de Aura, condomini de Ursantero, Gassoti de Riparia, domini de Serpente, Guillelmi de Lordato, domini de Sancta Fide, Gaufredi de Bordis, domini de Podio Dacone, Ancelli de Cauda, domini de Castro Resindo, domicellorum, Rogerii Symeonis, baiuli de Mirapisce, venerabilium virorum, dominorum Petri Rogerii, de Podiollis, canonici et officialis Mirapiscensis, Arnaldi Piscis, persone personatus de Zempse, Cameracensis diocesis, Iacobi Camela iurisperiti, Appamiarum, magistrorum Arnaldi Aybranni et Iacobi Careme, notariorum de Mirapisce.

Ratification de l'acte par Gaston de Lévis, 22 mars 1325 (n. s. 1326).

Post hec, anno quo supra, undecimo kalendas aprilis, prefatus dominus Gasto, de suo iure plene certifitatus, pro bono pacis et

concordie, predicta omnia et singula in dictis articulis seu capitulis per dictum dominum Iohannem, fratrem suum, promissa, conventa et concessa, scienter, habito super hoc consilio cum probis viris, amicis suis, ut dixit, ratificavit, approbavit et eisdem expresse consensit, pro se, heredibus et successoribus suis. Et sicut scripta sunt, servare, tenere et complere inviolabiliter, et nunquam contravenire promisit, bona fide, dictis consulibus, et michi, notario infra scripto, stipulantibus, quibus supra nominibus.

Et quum assereret se maiorem decem et septem annis, minorem vero viginti quinque, iuravit ad sancta quatuor Dei evangelia, a se corporaliter sponte tacta, ratione minoris etatis, se non venire, vel facere contra predicta, in toto vel in parte.

Acta fuerunt hec in monasterio predicto, in presencia et testimonio nobilis viri, domini Theobaldi de Bordis, domini de Caslario, et venerabilium virorum, dominorum Petri Rogerii de Podiollis, canonici et officialis Mirapiscensis, Arnaldi Piscis, persone personatus de Zempse, Cameracensis diocesis, Bertrandi de Aura, baccallerii in legibus, Guiraudi Carterie, vicarii de Amancianis ; magistrorum Arnaldi Aybranni, Ramundi de Tholosa, Iacobi Careme, et Bernardi Vitalis, notariorum de Mirapisce, et mei, Iohannis de Torrellis, publici ville et terre Mirapiscis notarii, qui premissis omnibus et singulis interfui et, requisitus, cartam istam recepi.

XXX. — *Lettres de protection et de sauvegarde accordées, en 1331* (1), *par le roi Philippe VI au chapitre de l'église cathédrale de Mirepoix, avec privilège d'avoir ses causes portées directement, en certains cas, devant la juridiction suprême.*

Vidimus fait, le 21 septembre 1331, par le sénéchal de Carcassonne, à la requête d'un délégué du chapitre. (Pièce non numérotée dans le Cartulaire, écriture du XV^e^ siècle).

1331

Anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo primo, videlicet, die decima octava septembris, domino Philippo, Dei gracia, Francorum rege, regnante, noverint universi quod existens et constitutus in presencia nobilis et potentis viri, domini Guidonis de Vela, militis, senescalli Carcassone et Biterris domini nostri regis, dominus Petrus de Ranno(2), presbiter, rector ecclesie de Garda, Mirapiscensis diocesis, procurator, ut dixit, et nomine procuratorio venerabilis capituli ecclesie Mirapicensis, presentavit eidem domino senescallo quasdam patentes litteras et pendenti domini nostri regis sigillo magno regio in cera viridi et filis rubris et viridibus impendenti sigillatas, ut prima facie apparebat, quarum tenor talis est :

Philippus, Dei gracia, Francorum rex, universis, tam presentibus quam futuris, salutem. Quoniam in pace factus est locus Domini, pium et laudabile perpendimus ut cultus eius sit cum debita veneratione pacificus et quietus, et ideo iustum et equum esse conspicimus ut nos, super solium regie maiestatis, Dei disponente gracia, constituti, illi, cuius munere precellimur, salutaribus predecessorum nostrorum vestigiis inherendo, studio sollicitudinis, innitamur devote servire et bonis operibus complacere, et exinde [tueri] suam sanctam Ecclesiam, personas, loca et bona ecclesiastica, in quorum delectamur augmento ; ut, ex hoc, sicut desiderantes appetimus,

(1) La date du jour et du mois n'est pas donnée.

(2) Plus loin, p. 177, on trouve *de Ramis*, qui semble plus régulier.

divinus cultus nostris partibus augeatur, [et dictam ecclesiam possimus] ab omni incursu, oppressione, inquietatione et molestatione quorumlibet malignorum defendere et eam opprimentibus adeo potenter resistere et viriliter obviare quod ipsa, in pacis placatione, gaudeat et regine opulentia letetur, ministrique sui, in tranquillitate viventes et pace, sponsum eius, dominum Ihesum Christum glorificent sibique sancte et devote serviant, et ad id tanto se propensiores exhibeant quanto per nos et potencie nostre dexteram senserint se adiutos.

Notum igitur facimus quod nos, ob Dei ipsiusque nominis laudem et gloriam, ad cathedralem ecclesiam et capitulum Mirapiscenses, gerentes principalis dilectionis affectum, et hiis sperantes in Domino orationibus et aliis specialibus suffragiis apud eumdem Dominum exuberancius adiuvari, prefatos ecclesiam et capitulum Mirapiscenses, una cum familiis, rebus, et bonis, grangiis, domibus, decimis et possessionibus suis cuiusque modi, et hominibus de corpore, in nostra successorumque nostrorum Francie regum protectione suscipimus et gardia speciali, mandantes senescallo et viguerio Carcassone, presentibus et futuris, et eorum cuilibet in solidum, ac, tenore presencium, committentes et deputantes gardiatores specialès dicte ecclesie et capituli, ut ipsi et eorum quilibet dictum capitulum, singularesque personas eiusdem, cum familiis, rebus et bonis omnibus, defendant ab iniuriis, violenciis, molestationibus, oppressionibus, gravaminibus, vi armorum, laycorum potencia, ingerationibus et novitatibus indebitis quibuscumque, et faciant huiusmodi nostram specialem gardiam, ubi expedierit, publicari, penuncellosque nostros, in signum nostre salve gardie, in rebus et possessionibus dicte ecclesie et capituli, si et quum fuerint requisiti et facti qualitas hoc exposcet, apponi; necnon, et ex parte nostra, personis quibuscumque, de quibus sibi verisimiliter timebunt, inhiberi, sub certa pena nobis applicanda, ne dictis ecclesie et capitulo aliqualiter fore (*sic*) facere presumant, ac etiam eidem capitulo solvi debita sua et legalia, recognita vel probata, de quibus tamen nulla questio referetur.

Necnon, et si debatum oriatur inter dictum capitulum, ex parte una, et quoscumque alios, ex altera, super aliquibus possessionibus,

in quibus dictum capitulum de novo et indebite asseruerit se turbari, res huiusmodi contentiosas ad manum nostram, tanquam ad superiorem, ponant, et inde per manum eamdem, retrodenciam (*sic*) faciant ubi fuerit facienda, et opponentes ipsos, coram suis iudicibus competentibus, adiornare (1), super oppositione ipsa processuris, ut fuerit rationis, et omnia et singula faciant que ad specialis gardiatonis officium pertinent vel pertinere possunt, et ad hoc unum vel plures de nostris servientibus (2) deputandos (*sic*), qui tamen de hiis, que iudicialem (3) requirunt indegamen (*sic*), se nullatenus intromittant.

Damus, cum presentibus, in mandatis omnibus iusticiariis et subditis nostris ut eisdem gardiatoribus et eorum cuilibet, in premissis et ea tangentibus, pareant efficaciter et intendant.

Quod ut firmum et stabile perpetuo perseveret, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Datum et actum Parisius, anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo primo. Per dominum regem, ad relacionem vestram. *P. Sorbis.*

Quibus quidem litteris presentatis, prefatus dominus Petrus de Ramis (4), dicens se procuratorem, quibus supra nominibus, requisivit instanter contenta in dictis litteris regiis facere exsequi et complere, iuxta earum seriem atque formam. Et dictus dominus senescallus dictis litteris, cum qua decuit reverencia receptis, obtulit se fore paratum mandata regia predicta reverenter obedire et facere exsequi et complere que in dictis litteris regiis continentur.

Acta fuerunt hec in castro regio civitatis Carcassone domini regis, in presencia et testimonio magistrorum Boni Iohannis, notarii, thesaurarii Carcassone, Gaufredi Laurentii, notarii, Bernardi Mafredi, de Gardia, diocesis Mirapiscensis, et magistri Bartholomei de Montebeliardo, de Matiscone, clerici, publici auctoritate regia notarii, qui, de premissis requisitus, hanc cartam in notam recepit. Vice cuius

(1) Il faudrait *adiornent*.

(2) Il faudrait *deputent*.

(3) *Indegamen*, mot mal écrit. D'après le contexte, il semble résulter que les sergents ne doivent pas intervenir dans les questions qui doivent être portées devant les tribunaux.

(4) Dans le préambule, p. 175, on trouve *de Ranno* au lieu de *Ramis*, qui se trouve ici et qui semble plus régulier.

et mandati, ego, Petrus Fabri, clericus Carcassone, eamdem scripsi. Ego idem, Bartholomeus de Montebeliardo, de Matiscone, clericus, auctoritate regia publicus notarius, subscribo atque signo. *B. de Montebeliard.*

Et ad faciendam fidem quod dictus Bartholomeus de Montebeliardo est notarius publicus regia auctoritate, et ad ipsum, tanquam ad notarium, habetur recursus, nos, Guido de Vela (1), miles, domini nostri regis senescallus Carcassone et Biterris antedictus, sigillum regium dicte senescallie huic presenti publico instrumento duximus apponendum, anno quo supra, et die vicesima prima septembris. Per dominum senescallum.

(1) Gui de Vèle.

XXXI. — *Sentence de la cour du sénéchal de Carcassonne, maintenant les habitants de Mirepoix en la liberté de passer du sel dans le territoire des Pujols, sans payer la leude exigée par François de Lévis* (1), *seigneur de Montségur et des Pujols.*

Exposé de l'affaire par les consuls de Mirepoix.

Texte de la sentence.

Délégation du juge mage à deux jurisconsultes pour le remplacer.

Délégation du sénéchal au juge mage et à deux conseillers pour le remplacer. (Pièce du Cartulaire 37.)

14 Novembre 1334.

Noverint universi quamdam causam ordinariam agitatam fuisse, in curia Carcassone nobilis et potentis viri, domini senescalli Carcassone et Biterris, inter consules universitatis hominum de Mirapisce agentes, ex una parte, et dominos de Podiollis seu eorum procuratores defendentes, ex altera. In qua quidam causa dicti consules Mirapiscis libellum suum obtulerunt et tradiderunt sub hiis verbis :

Exposé de l'affaire.

Coram vobis, nobili et potenti viro, domino Guidone de Vela, milite, senescallo Carcassone et Biterris domini nostri regis, seu vestro locum tenente, et vestra curia, supplicando, significat Bernardus Terrena, consul universitatis civitatis Mirapiscis, nomine dicte universitatis et singulorum ex eadem et dicti consulatus, et suorum conconsulum, dicens quod universitas de Mirapisce et singuli ex eadem, sunt et fuerunt a sexaginta, quinquaginta, triginta, viginti, quindecim, decem, quinque, tribus annis citra, et a tantis retro temporibus quod de contrario hominum memoria non existit, palam et publice, pacifice et quiete, officialibus, curia-

(1) Ce François de Lévis était fils de Gui III et frère de Jean Ier, seigneur de Mirepoix ; il eut dans son lot les seigneuries de Lagarde et de Montségur ; s'il acquit les Pujols, c'est par suite de la succession de Jeanne de Pons, de la famille des comtes de Périgord, fille de sa sœur Isabelle de Lévis, mariée à Renaud de Pons, seigneur de Bergerac. Elle mourut sans laisser d'enfants.

libus, leudariis et ministris dominorum de Podiollis, scientibus, videntibus, videre et scire potentibus, patientibus, consentientibus, et non contradicentibus, palam et publice, pacifice et quiete, sola turba infra scripta excepta, in possessione et sayzina sive quasi, tam ex libertate iuris communis quam ex antiquis et inveteratis usu, consuetudine et observancia, transeundi et transportandi, eundo et redeundo, pedes vel eques, libere et impune, et pro libito voluntatis, quascumque res et merces, tam ad usum suum proprium quam etiam mercandi causa, absque quacumque prestatione vectigalis, pedagii, leude seu cuiuscumque alterius prestationis sive exactionis, in et per totum castrum, territorium et districtum de Podiollis, ac pertinenciarum seu dependenciarum eiusdem.

Tamen, nunc Iohannes de Sernay, domicellus, castellanus de Podiollis, seu in dicto loco de Podiollis leudarius ibi institutus, vice et nomine dominorum de Podiollis, ipso castellano et ceteris maioribus officialibus, pro dominis dicti loci volentibus, mandantibus, ratum, gratum et firmum ante et post habentibus, dictam universitatem et singulas ex eadem, in dictis possessione et sayzina sive quasi innititur, indebite tamen et de novo turbare, turbam, et impedimentum noviter et de novo inferre ; adeo quod nuper quemdam de dicta universitate, videlicet, Ramundum Guillelmum, traginerium, habitatorem Mirapiscis, per dictum locum de Podiollis seu territorium eius, cum suis mercibus, videlicet, cum una saumata salis transitum facientem, in et pro et occasione leude solvende, eumdem pignorarunt, dictam saumatam salis, nomine pignoris, occasione dicte leude, capiendo et pignorando, ipsumque adhuc detinent pignoratum in saumata salis predicta.

Unde, quum ad vestrum presidiale pertineat officium providere et non pati illicitas exactiones et extorsiones et a potentibus iniuriosas impressiones fieri, et nova vectigalia institui prohibeantur, et omne vectigal, quoad personam que prestare non consuevit, novum iudicium habeat ; quum noviter exigitur, nam, etiam in vectigalibus fundatis et prescriptis, antiqua consuetudo est spectanda : « et rerum et personarum, que vectigalia prestare non consueverunt, sic novum vectigal exigi prohibitum » ;

Ideirco, dictus consul, nominibus quibus supra, petit et requirit per vos dictum dominum senescallum, et vestrum locum tenentem, et vestram curiam, pronunciari et decerni :

I. Consules dicte universitatis, nomine dicte universitatis et singulorum ex eadem, ac dictam universitatem ac ex ea singulos fore tuendos, defendendos et manutenendos in predictis possessione et sayzina sive quasi.

II. Et dictis castellano et dicenti se leudario, et ceteris curialibus, officialibus et ministris dominorum de Podiollis, ac dictis dominis dicti loci in eius procuratoris personam, si premissis se opponant, ac cuicumque ex adverso, premissis, cuius tamen intersit legitime, se opponenti, inhiberi ne dictam universitatem et singulos ex ea, in predictis possessione et sayzina, perturbent seu inquietent quovismodo ad hoc ;

Et ut pars rea predictam patientiam prestet in premissis dicte parti petenti et nominibus quibus supra ;

Et ut eamdem in premissis non impediat et de hoc caveat, condempnando dictam pignorationem tanquam iniuriosam, indebitam et de novo factam in preiudicium dicte possessionis et sayzine, revocando, cassando, et ad statum pristinum libere reducendo ;

Et ut dicta pars rea eam [pignorationem] libere restituat dicte parti petenti et nominibus quibus supra, eamdem partem ream condempnando una cum expensis, occasione huius litis, per dictam partem petentem et nominibus quibus supra, factis et usque ad litem contestatam faciendis super, post litem contestatam faciendis, vestrum officium implorando, edicti perpetui beneficio in omnibus sibi salvo, cum protestatione quod nullum petitorium in iudicium presens deducere vult nec intendit, imo id sibi salvum retinet ; et quod ad omnia et singula premissa probanda se non astringit, sed ad ea que de premissis sue intentioni, quibus supra nominibus, sufficere videbuntur, ad suum, ad quod tendit, propositum consequendum.

Sentence de la Cour du Sénéchal (14 novembre 1334).

Lite igitur in dicta causa legitime contestata, factisque hinc inde et traditis quibusdam propositionibus et eis responsionibus subse-

qutis, ad quas probandas testibus hinc inde productis, iuratis et diligenter examinatis, eorumque dictis et depositionibus publicatis adversus quos quidem testes hinc inde productos, factis quibusdam obiectionibus generalibus hinc et inde, dictoque, proposito, producto, probato et allegato, quicquid partes predicte dicere, proponere, producere, probare et allegare voluerint ; demumque in causa presenti, habito pro renunciato et concluso, et sententia ferri postulata, dieque presenti, intitulata die decima quarta novembris, sub anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo quarto, ad sententiam audiendam, dictis partibus assignata, comparentibus in consistorio castri civitatis Carcassone, domini regis, coram discreto viro, magistro Ramundo Serdani, iurisperito, commissario in causa presenti, dato per venerabilem virum, dominum Bernardum Viriaudi, licenciatum in legibus, iudicem maiorem et locum tenentem domini senescalli Carcassone et Biterris, de quorum commissione et loci tenentia constat tam per litteras dicti domini iudicis maioris et locum tenentis quam per alias dicti domini senescalli inferius insertas, Petro Leugerii, consule universitatis hominum de Mirapisce pro se et aliis conconsulibus suis, ex una parte, et magistro Nicholao Arnaldi, notario, procuratore et procuratorio nomine nobilis viri domini Francisci de Levis, militis, domini de Garda et baronie de Podiollis, eidem ex successione nobilis domine Iohanne de Pontibus, condam comitisse Petragoricensis, caduca, ex altera, sentenciam in causa presenti postulantibus ;

Nos, inquam, commissarius predictus, visis et diligenter inspectis cause presentis meritis, et plenius presentatis, habitoque super eis peritorum consilio et obtento, nilque de contingente omisso, habentes Deum pre oculis, et sacrosanctis Dei evangeliis positis coram nobis, ut nostrum de vultu Dei iudicium prodeat, et oculi nostri in hiis et aliis semper videant equitatem, sedentes pro tribunali, in dicto consistorio, more maiorum, ubi ius aliter est reddi consuetum.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ad hanc nostram difinitivam sentenciam, in hiis scriptis procedimus, in hunc modum :

Quia constat nobis, commissario predicto, viso presenti processu, per merita eiusdem, partem actricem sufficienter fundasse suam

intentionem, quoad possessionem et sayzinam sive quasi libere transeundi, absque prestatione leude salis, per locum seu leudinum de Podiollis, et sufficientius probasse intentionem suam quam partem dominorum de Podiollis, super hiis que in contrariam proposuerat, ideirco, hac nostra difinitiva sentencia, in hiis scriptis pronunciamus, et declaramus dictos consules, et universitatem de Mirapisce et singulos eiusdem universitatis fore tuendos, et defendendos ac manutenendos in dictis suis possessione et sayzina sive quasi libere transeundi per dictum leudarium, cum sale, absque prestatione leude facienda leudario dicti loci seu dominis dicti loci, inhibentes dictis dominis seu domino de Podiollis et eius leudario, ac aliis curialibus in personam eius procuratoris comparentis, ac ipsi procuratori in personam dicti domini, ne deinceps dictos consules seu eorum universitatem, vel etiam singulares eiusdem impediant seu molestent pro predictis, quominus libere, absque prestatione leude salis seu pro sale, dicti consules universitatis de Mirapisce et singulares eiusdem transire possint, iuxta possessionem et sayzinam sive quasi supra dictas. Ad hoc, et ut patienciam prestet in premissis dicte parti actrici, et nominibus quibus supra, et ut eamdem non impediat in premissis, et ut caveat de non impediendo in futurum, eadem nostra difinitiva sentencia, dictum dominum de Podiollis in personam eius procuratoris, et eius procuratorem in personam dicti domini, condempnantes.

Quoad alia petita, quum non constet nobis intentionem partis actricis esse fundatam contra partem ream, dictum procuratorem, comparentem in personam domini sui, et dictum dominum de Podiollis in personam eius procuratoris comparentis, ab aliis petitis, videlicet, revocatione pignorationis quam dicebant esse factam per gentes dominorum de Podiollis, et restitutione eiusdem, hac nostra difinitiva sentencia absolvimus, neutram partem in expensis, quum utraque pars vincat, quoad quid vincatur, et ex aliis que nostrum animum movere possunt, condempnantes.

Tenores vero litterarum commissionis et locum tenentis, de quibus supra facta est mencio, seriatim sequuntur sub hiis verbis :

Délégation du juge mage à deux jurisconsultes (8 novembre 1334).

Bernardus Viriaudi, licenciatus in legibus, iudex maior et locum tenens domini senescalli Carcassone et Biterris domini regis, discretis viris, magistris Raymundo Serdani et Petro Bertrandi, iurisperitis de Carcassone, et eorum cuilibet, salutem et dilectionem. Quum in quadam causa ordinaria, vertente in curia dicti domini senescalli, super impositione novi vectigalis, inter consules civitatis Mirapiscis, agentes, ex parte una, et procuratores dominorum de Podiollis, defendentes, ex altera, die date presencium, per ipsas partes renunciatum et conclusum fuerit et sentencia ferri postulata, finisque termini instet, propter quod periculum esse dicitur in mora, nisi breviter dicta sentencia feratur, nosque pluribus aliis negociis, tam regiis quam nostris propriis, occupati, vobis et vestrum cuilibet, de consensu partium predictarum, dictam causam terminandam et sententiam ferendam in eadem committimus, mandantes dictis partibus et aliis, quorum interest, quatinus vobis et vestrum cuilibet, in premissis et ea tangentibus, pareant efficaciter et intendant. Nos enim, in premissis et ea tangentibus, vobis et vestrum cuilibet committimus vices nostras.

Datum Carcassone, die octava novembris, anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo quarto.

Délégation du sénéchal au juge mage et à deux conseillers (7 août 1334).

Universis presentes litteras inspecturis, nos, Petrus de Palude, miles, dominus Varambonis, consiliarius et senescallus Carcassone et Biterris domini nostri regis, notum facimus quod, quum tam pro negociis regiis quam nostris propriis opporteat nos aliquamdiu a senescallia predicta absentare, et nolumus, sicut nec decet, nostram absentiam subditis aut quibusvis aliis fore dampnosam, idcirco, de fidelitate et approbata peritia venerabilium virorum, magistrorum Bernardi Viriaudi, licenciati in legibus, clerici domini nostri regis, nostrique iudicis maioris dicte senescallie, Laurencii Bertrandi, iurisperiti, et Petri Toreni, consiliariorum nostrorum, merito confidentes, ipsos et eorum quemlibet in solidum locum nostrum tenentes, ad omnes causas civiles et criminales, necnon et commis-

siones regias, coram nobis pendentes et emergentes, iure ordinario aut ex commissionibus regiis ac aliter quovismodo, usque ad nostrum redditum, facimus et constituimus per presentes, mandantes subditis nostris, non subditos requirendo, ut dictis nostris locum tenentibus et cuilibet eorum in premissis et ea tangentibus pareant et intendant efficaciter tanquam nobis.

Datum Carcassone, sub sigillo dicte senescallie, in testimonio premissorum, die septima augusti, anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo quarto.

Lata fuit hec sentencia in consistorio prelibato, in presencia et testimonio magistri Philippi de Cortonayo, iudicis Terminesii et Fenolhedesii domini regis ; magistrorum Petri Bertrandi, Guillelmi Ulardi, iurisperitorum Carcassone ; domini Guiraudi de Barbayrano, rectoris ecclesie de Salsinhano ; Ramundi Guilha de Iubilancio ; Bartholomei de Salvanhaco, servientis curie Carcassone domini regis, Bernardi Rogerii, clerici, Guillelmi Priena de Salsinhano ; et magistri Iacobi de Ulmo, publici, auctoritate regia, curie Carcassone domini senescalli, notarii, qui, requisitus, hanc cartam sentencie recepit. Vice cuius et mandato, ego, Ramundus Rogerii de Burcafollis, clericus Carcassone, eamdem scripsi. Et ego, Iacobus de Ulmo, notarius antedictus, me subscripsi et signum meum consuetum apposui, domino Philippo, Dei gracia, Francorum rege, regnante.

XXXII. — *Confirmation faite par Jean II de Lévis, seigneur de Mirepoix, aux consuls de cette ville du droit de nommer les crieurs publics et les experts, à la condition par ceux-ci de prêter serment au sénéchal du seigneur et d'employer, au profit de la ville, les sommes par eux perçues dans l'exercice de leurs charges.* (Pièce 32 du Cartulaire.)

8 Décembre 1338.

In nomine Sancte Crucis et Individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anno incarnationis Domini millesimo trecentesimo trigesimo octavo, illustrissimo principe, domino Philippo, Dei gracia, Francorum rege, regnante, die martis post festum sancti Nicholai, episcopi, que fuit octava dies introitus mensis decembris, noverint universi et singuli quod egregius et potens vir et dominus, dominus Iohannes de Levis, miles, dominus Mirapiscis, attendens, ut dicebat, affectionem caram quam ipse, et egregii et potentes, eiusdem domini Iohannis predecessores, habet et habebant et habuerunt ad villam sive civitatem Mirapiscis sibi subditam ex toto et subiectam, et ad habitatores dicte ville, ut superiores et domini eorumdem, attendens affectionem etiam, quam dicte civitatis universitas et singuli habitantes in eadem habet, habent et habuerunt ad ipsum et eius progenitores ; attendensque etiam ius, quod dicte civitatis universitas et eius civitatis consules asserunt se habere et habuisse ab antiquo, in assumptione et electione preconis sive preconum, positorum et ponendorum, assumptorum et assumendorum in dicta civitate Mirapiscis, ac etiam in assumptione et electione corraterii et corrateriorum (1) assumptorum sive assumendorum, positorum seu ponendorum in dicta civitate Mirapiscis, reservata tamen iuramenti per predictos precones et corraterios prestatione senescallo sive gentibus ipsius domini Mirapiscis, attendensque etiam contradictionem et impedimentum aliter eisdem consulibus et habitatoribus dicte civitatis per gentes suas in eius curia pres-

(1) *Corraterii*, experts, courtiers, intermédiaires.

titum super predictis et quolibet ex ipsis ; volens et cupiens ius dictorum consulum et dicte universitatis integrum et illibatum conservare, tueri et defendere, et omne impedimentum et contradictionem expresse removere, voluit idem dominus Mirapiscis, concedit et concessit Poncio Lebraterii, Guillelmo Granelli, et Petro Leugerii, consulibus Mirapiscis, ibidem presentibus, et pro se ac dicta universitate civitatis Mirapiscis, et singulorum de eadem solempniter stipulantibus et recipientibus :

I. Quod dicti consules (1), qui nunc sunt et qui pro tempore erunt seu fuerint, de cetero possint eligere, assumere et ponere et removere, prout voluerint et eis apparuerit et placuerit facere, unum vel plures precones et correterios, idoneos et dicto domino Mirapiscis iusticiabiles, in dicta civitate Mirapiscis : ita tamen quod dicti precones seu correterii assumendi teneantur prestare iuramentum, de officio fideliter exercendo, senescallo seu gentibus aliis dicti domini Mirapiscis, prout est aliter fieri consuetum.

II. Et quod omnes utilitates et commoda, que provenient vel provenire poterunt ex predictis officiis, sint dicte universitatis et in eius utilitatem et commodum, realiter et cum effectu ; libere possint poni, expendi, deduci et converti, ad omnimodam dicte universitatis voluntatem, absque omni impedimento dicte universitatis et contradictione dicte curie dicti domini Mirapiscis et gentium seu officialium eiusdem.

III. Et idem, in omnibus et per omnia, dictus dominus Mirapiscis, ex rationibus et causis predictis, voluit et expresse concessit, in deputando vel deputandis, assumendo vel assumendis ad officium ponderum dicte civitatis Mirapiscis, et [in] eorum electione et assumptione et iuramenti eorumdem prestatione, et [in] utilitatibus, commodis et proventibus ex dictis ponderibus provenientibus, ad utilitates et necessitates dicte universitatis ex integro, convertendis, absque omni impedimento et contradictione, prout in premissis preconibus et correteriis extitit iam concessum per dictum dominum Mirapiscis, solempni ac valida stipulatione antedicta, punitione et

(1) Voir pièce XXIX, art. XI, XII, pp. 170-171.

cognitione dictorum preconum et ponderatorum delinquentium ad curiam dicti domini Mirapiscis remanente.

De quibus siquidem omnibus et singulis supradictis, prefatus dominus Mirapiscis et consules ipsi Mirapiscis memorati, me, notarium infrascriptum, requisiverunt ut eisdem et eorum cuilibet reciperem, conficerem et redderem unum vel plura, instrumentum publicum, seu publica instrumenta.

Actum fuit hoc in civitate Mirapiscis, anno die et rege predictis, in presencia et testimonio nobilium virorum, dominorum Gassie de Riparia, domini de Serpente, Theobaldi de Bordis, domini de Castario, militis, Iohannis de Riparia, domini de Rupe Talliata; Galhoti Standardi, domini de Bellagarda (1); venerabilium virorum domini Petri Robini, legum doctoris, Egidii de Sancto Arnulpho, sacriste Mirapiscis, Durandi de Rivis, rectoris ecclesie de Verazillo, Mirapiscensis diocesis; religiosorum virorum, fratrum Ramundi de Poymaco, Geraldi de Garrigia, ordinis Predicatorum; magistrorum Guillelmi Servati, Thome Raudomarii, Stephani Donadei, notariorum de Mirapisce; et plurium aliorum, ibidem presentium; et mei Arnaldi Marie, civis de Mirapisce, illustrissimi principis domini Philippi, Dei gracia, Francorum regis memorati, eius regia auctoritate tabellionis et publici notarii, qui, de premissis requisitus, hoc publicum instrumentum recepi et per magistrum Ramundum Vasconis, notarium de Mirapisce, et iuratum meum, scribi feci.

(1) Dans d'autres actes, les membres de la famille de l'Estendard étaient qualifiés de seigneurs de Bélingard.

XXXIII. — *Transaction passée, par l'intermédiaire de l'évêque de Mirepoix, entre Jean II de Lévis, seigneur de Mirepoix, et les consuls de cette ville, pour mettre fin à un procès pendant devant le sénéchal de Carcassonne au sujet de droits contestés entre les parties.*

Promesse par le seigneur de payer, suivant l'usage, une rente annuelle de 100 livres à la ville ; confirmation par le même des règlements relatifs à la chasse de la caille, à la marque des poids et mesures, à la nomination et aux prérogatives des consuls ; amnistie pour tous les faits se rattachant à la guerre avec le roi d'Angleterre, etc. (Pièce du Cartulaire nº 33.)

8 Décembre 1338.

In nomine Sancte Crucis et Individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anno incarnationis Domini millesimo trecentesimo trigesimo octavo, illustrissimo principe, domino Philippo, Dei gratia, Francorum rege, regnante, die martis post festum sancti Nicholai, episcopi, que fuit octava dies introitus mensis decembris. Rex pacificus, pia miseratione, disposuit sibi subditos pudicos fore, pacificos et modestos. Quum itaque humani generis inimico, zizaniam seminante, diverse questiones et controversie, litigia, et diversarum litium et causarum instancie diu incepte fuerint et longis temporibus agitate et ventilate, in curia domini senescalli Carcassone, inter egregie nobilitatis et excellencie virum et potentem dominum, dominum Iohannem de Levis, militem, dominum Mirapiscis, seu eius procuratores et nomine procuratorio eiusdem, ex una parte, et Guillelmum Granelli, Poncium Lebraterii et Petrum Leugerii, consules civitatis Mirapiscis, nomine suo et nomine universitatis eiusdem loci et singularum personarum eiusdem, [ex altera], super et videlicet :

I. Quod dicti consules, nomine dicte universitatis, petebant in iudicio, a dicto domino Mirapiscis, seu eius procuratore et nomine procuratorio eiusdem, centum libras turonensium parvorum annuas, in quibus dicebant ipsum dominum Mirapiscis fore sibi, nomine

quo supra, obligatum, et eius egregii et potentes progenitores fuerant (1), prout in quodam instrumento publico, (recepto per manum magistri Petri Terrene, notarii quondam de Miraspice, et quum, morte preventus, in modum seu publicam formam redigere non potuit, confecto et signato manu magistri Arnaldi de Furno (2), notarii de Mirapisce), de certis solutionibus, pactionibus et renunciationibus contineri dicebantur, et [de] quibusdam aliis summis arraragiorum dicte summe.

II. Item et super eo quod dicti consules dicebant quod dictus dominus Mirapiscis, seu eius gentes impediebant et perturbabant, proclamationibus penalibus et aliter, dictos consules et homines dicte universitatis capere (3) coturnices, infra territorium et mandamentum dicte civitatis Mirapiscis, contra instrumentum super hoc confectum per eumdem nunc dominum Mirapiscis, et per dictos progenitores dicti domini Mirapiscis, et confectum per manum magistri Arnaldi de Furno, notarii de Mirapisce.

III. Item super eo quod dicti consules dicebant quod dictus dominus Mirapiscis, seu eius gentes impediebant et perturbabant, proclamationibus penalibus et aliter, dictos consules et homines dicte universitatis in emptione piscium asportatorum, ad dictam civitatem Mirapiscis, ad vendendum et emendum, contra antiquam consuetudinem et usum diutius observatum per homines dicti loci, in dicta civitate.

IV. Item super eo quod dicti consules dicebant quod dictus dominus Mirapiscis, seu eius gentes conabantur maiorem et ampliorem penam levare et exigere ab hominibus et habitatoribus dicte civitatis, penes quos inveniebantur false vel aliter iniuste et inordinate mensure, quam esset et fuisset consuetum levari in dicta civitate Mirapiscis.

V. Item et super eo quod erat proclamatum per gentes dicti domini Mirapiscis quod nullus ibidem auderet mensurare vinum,

(1) Phrase incorrecte et incomplète ; il faudrait, *et eius egregios et potentes progenitores* [*obligatos fuisse solvere dicte univeratatis*].

(2) Voir plus haut la pièce XXVIII, pp. 157-160.

(3) Même pièce, art. II, p. 157.

bladum, oleum vel alias res mensurabiles, nisi cum mensuris signatis signo, specialiter ad hoc facto, dicti domini Mirapiscis, contra usum et antiquam consuetudinem et observanciam dicte civitatis.

VI. Item et super eo quod dicti consules dicebant quod dictus dominus Mirapiscis, seu eius gentes impediebant et impedire conabantur dictos consules et universitatem dicte civitatis uti dicto consulatu, proclamationibus et inhibitionibus penalibus et aliter, contra antiquam dicte civitatis consuetudinem et usum dicte universitatis, in consulum electione et assumptione et iuramenti eorumdem prestatione, hactenus observatum.

Tandem, post maxima dampna, expensas et labores utriusque partis, et post plures et diversos tractatus plurium et diversarum personarum habitos inter dictas partes, amicis intervenientibus, specialiter reverendissimo in Christo patre et domino, domino Petro (1), Dei gracia, Mirapiscis episcopo, super omnibus et singulis predictis questionibus litigiis, controversiis et instanciis litium earumdem, divina inspirante gracia, pro bono pacis et concordie, et ad evitationem expensarum, dampnorum et laborum ac etiam periculorum maiorum, fuit ordinatum, transactum, dispositum, conventum et difinitum inter dictas partes (2), presentibus dictis partibus, et Bernardo Terrene, mercatore, Bernardo de Berga, Petro Batalhe, Petro Vigorosii, Philippo Maleolli, Iohanne de Raychaco, Guidone Leonis, Petro Vigorosii, maiore dierum, Theobaldo Barrerie, Arnaldo Villarii, Poncio Garaudi, Guillelmo Olibe, Arnaldo Fabri, mercatore, Andrea Granelli, minore dierum, Ramundo Batalhe, Arnaldo de Berga, Hugone Alboyni, Ramundo Garaudi, Guillelmo Vergerii, basterio, Iacobo Rozaudi, maiore dierum, Guillelmo de Gozenchis, Ramundo de Verdala, Iohanne Batalhe, Iohanne Lebraterii, Arnaldo Stephani, Guillelmo Granelli, iuniore, civibus de Mirapisce, (3) et agentes in omnibus de bona fide, Deum,

(1) Pierre de Piret, troisième évêque de Mirepoix, 1337-1348.

(2) et (3) Il faut, pour retrouver la suite de la phrase, passer par dessus l'énumération des personnes présentes à la rédaction de l'acte, et arriver au milieu de la dernière ligne, à la fin du paragraphe : *et agentes....*

equitatem et iusticiam et bonam fidem in omnibus et singulis predictis et per omnia agnoscentes, ut sequitur :

I. Et primo, super facto et questione ac debato dictarum centum librarum turonensium annualium (1), que petebantur per dictos consules, nomine quo supra, a dicto domino Mirapiscis seu eius procuratore et nomine eiusdem domini, quod instrumentum dicti debiti dictarum centum librarum turonensium, receptum per manum eiusdem magistri Petri Terrene, quondam notarii de Mirapisce, et confectum ac signatum, ut premittitur, per ipsum magistrum Arnaldum de Furno, notarium de Mirapisce, remaneat in omnimoda sua firmitate, valore et potestate, sine innovatione et immutatione quacumque ; et quod dictus dominus Mirapiscis ratificet, approbet et agnoscat dictum instrumentum in statu, robore et firmitate, in quibus nunc est et fuit et esse dignoscitur.

II. Secundo, super questione et facto coturnicum, quod instrumentum, quod extat et fuit receptum et confectum per manum magistri Arnaldi de Furno, notarii de Mirapisce, super captione dictarum coturnicum, remaneat, stet et duret in sua etiam omnimoda firmitate, valore et virtute, absque aliqua innovatione et immutatione ; et quod, iuxta eiusdem instrumenti tenorem, possint uti libere homines dicte universitatis in captione dictarum coturnicum, absque contradictione quacumque (2).

III. Tercio, super questione sive facto dictorum piscium deferentium (3), sive qui de cetero deferentur, ad vendendum et emendum, in dicta civitate Mirapiscis, quod dicti homines dicte universitatis et alii possint uti et utantur, emendo et vendendo et aliter, prout est et fuit fieri consuetum in dicta civitate, et prout hactenus usi fuerunt, et nisi sunt uti (4) homines et habitatores dicte civitatis et alii, absque contradictione quacumque (5).

(1) Voir plus haut p. 190, note 2.

(2) Voir plus haut, p. 190, note 3.

(3) Régulièrement, il faudrait *delatorum*.

(4) *Nisi sunt uti*, ces mots ne présentent pas de sens ; il y a sans doute une erreur et il faut *et utuntur homines....*

(5) La question relative à la vente des poissons n'a pas été traitée spécialement dans un autre acte du Cartulaire.

IV. Quarto, super questione et facto mensurarum et ponderum, quod mensure et pondera, omnes in dicta civitate exercende, antequam mensuretur seu ponderetur cum eisdem, signabuntur signo domini Mirapiscis.

Et [super] pena earumdem, in casu falsitatis seu alie inordinationis earumdem, fuit et est ordinatum quod pena antiqua, diutius et hactenus in dicta civitate observata, videlicet quatuordecim solidorum turonensium parvorum, remaneat, et illa solum exigatur in dicta civitate, et secundum modum et formam antiquitus ibidem observatam, videlicet quod, si quis mensuraverit seu ponderaverit in dicta civitate, cum mensuris seu ponderibus non signatis, seu inveniatur mensurare seu ponderare quascumque res mensurabiles seu ponderabiles, licet fiat iuste et legitime, quod teneatur ad dictam penam quatuordecim solidorum turonensium consuetam, et ab eodem, ut est fieri consuetum, exigatur per curiam dicti domini Mirapiscis. Idem fiat, si inveniatur mensurare seu ponderare aliquis in civitate predicta, cum mensuris seu ponderibus non signatis et falsis, seu aliter iniustis vel inordinatis repertis. Si vero inveniatur aliquis ibidem mensurare seu ponderare cum mensuris seu ponderibus signatis vero signo dicti domini Mirapiscis, et aliquo casu reperiantur false, vel aliter iniuste vel inordinate, ex certa sciencia et ex facto certo hominis, quod teneatur ad dictam penam consuetam quatuordecim solidorum turonensium et exigatur, ut est et fuit exigi consuetum. Ubi vero non reperirentur [false], ex certa sciencia vel certo facto hominis, sed aliter, a casu, per se, sine hominis ministerio, quod solum frangantur, ut est aliter fieri consuetum et hactenus in dicta civitate observatum.

Quod in omnibus premissorum fiat et serventur usus et consuetudo dicte civitatis, uti est premissum, retroactis temporibus, observari.

Item fuit ordinatum quod, signi cuiuslibet mensure seu ponderi appositione, non exigatur per signantem ab illo cuius mensura seu pondus signatur, nec ipse teneatur solvere, nisi solum unum denarium tolosanum.

V. Quinto, super facto consulatus, quod dictus consulatus, in omnibus et per omnia, in electione, assumptione et usancia con-

sulum assumendorum facienda, et [in] officio suo exercendo, et [in] eorumdem iuramenti prestatione et in omnibus aliis quibuscumque, sit, remaneat et fiat in eo, prout est aliter fieri consuetum et prout est et fuit hactenus in dicta civitate usitatum, absque immutatione, innovatione et contradictione quibuscumque (1).

VI. Item sexto, fuit ordinatum quod omnes proclamationes, inhibitiones, contradictiones et precepta quecumque, penales vel non penales, facte et habite super premissis et quolibet premissorum, et aliter quoquo modo, ratione etiam guerrarum regis Anglie et sibi adherentium sive ducatus seu Vasconie, preteritarum vel presentium, per curiam dicti domini Mirapiscis, per se, seu ad instanciam et requisitionem curie regie, quantum in ipso domino Mirapiscis est seu ad ipsum spectat et pertinet, et in eius est potestate, sint nulle, irrite et casse, et pro nullis et cassis et irritis, et nullius virtutis habeantur, ex causa et pro bono pacis et concordie ; et quod nichil, vigore seu potestate ipsarum, sint pene, nec vel aliquid aliud possit peti, vel exigi per curiam dicti domini Mirapiscis ; dicto domino Mirapiscis easdem proclamationes, inhibitiones, precepta et contradictiones quascumque, et quicquid exinde sequtum est vel sequi potest, benigne ac favorabiliter, expresse remittente eisdem consulibus, presentibus, et pro se et universitate civitatis Mirapiscis et singulis de eadem solemniter stipulantibus et recipientibus, et etiam singulos de eadem civitate, et ius quodcumque, si quod ei competit vel competere potest, ex eisdem penis, proclamationibus et inhibitionibus graciose quittante, et dictos consules et dictam universitatem et singulos ex ipsis, a predictis penis et singulis ex ipsis et aliis quibuscumque, occasione premissorum commissis vel non commissis usque ad presentem diem, liberante.

VII. Item septimo, fuit ordinatum et conventum quod omnes expense, dampna et preiudicia et interesse, quas seu que quelibet pars sustinuit, ex predictis questionibus, litigiis et controversiis, et instanciis litium earumdem, et ex qualibet ex ipsis, in iudicio vel extra, necessario vel voluntarie, liberaliter remittantur. Et fuit (*sic*) [fuerunt] vicissim, hinc et inde, per utramque partem, sine retentione

(1) Voir pièce XV, art. VI, p. 63.

quacumque, remisse et remissa, quittate et quittata, et absque omni iure petitionis et exactionis, cuiuscumque in futurum faciende, sive exercende in iudicio vel extra, vel aliter quoquo modo. Et ab instanciis litium predictarum quibuscumque, fuit, per partes predictas et quamlibet ipsarum, discessum et recessum et eisdem renunciatum.

VIII. Item fuit ordinatum et conventum quod, propter premissam, superius factam, ordinationem, dicto domino Mirapiscis, nec dicte universitati seu singularibus personis eiusdem, ius aliquod non accrescat ulterius, nec decrescat in possessione vel proprietate premissorum.

IX. Item fuit ordinatum quod omnes questiones, controversie, et lites predicte, et singule ex ipsis, et omnes instancie earumdem, sint omnino in totum et ex integro sopite, extincte nunc et in perpetuum, et ex toto, absque omni reminctione (*sic*) et resuscitatione, inter dictas partes, et absque omni commodo et iure prosequtionis ulterius faciende, sublate ; et quod, de cetero, sit integra et irrevocabilis pax.

Que omnia et singula predicta dicte partes, solempni ac valida stipulatione interposita antedicta, firma et valida esse voluerunt, et tenere et inviolabiliter servare promiserunt, prout superius continetur.

De quibus omnibus et singulis supradictis, prefatus dominus Mirapiscis et consules Mirapiscis prenominati me, notarium infra scriptum, requisiverunt ut eisdem et eorum cuilibet reciperem, conficerem et redderem unum vel plura, publicum instrumentum seu publica instrumenta.

Actum fuit hoc, in civitate Mirapiscis, anno, die et rege predictis, in presencia et testimonio nobilium virorum, dominorum Gassie de Riparia, domini de Serpente, Theobaldi de Bordis, domini de Caslario, militis, Iohannis de Riparia, domini de Rupe Talliata, Gualoti Standardi, domini de Bellagarda ; venerabilium virorum, dominorum Petri Robini, legum doctoris, Egidii de Sancto Arnulpho, sacriste Mirapiscis, Durandi de Rivis, rectoris ecclesie de Verazillo, Mirapiscensis diocesis ; religiosorum virorum, fratrum Ber-

trandi de Poymaco, Geraldi de Garrigia, ordinis Predicatorum ; magistrorum Guillelmi Servati, Thome Baudomarii, Stephani Donadei, notariorum de Mirapisce ; et plurium aliorum, ibidem presencium ; et mei, Arnaldi Marie, civis de Mirapisce, illustrissimi principis, domini Philippi, Dei gracia, Francorum regis memorati, eius regia auctoritate, tabellionis et publici notarii, qui, requisitus de premissis, hoc publicum instrumentum recepi, et per magistrum Ramundum Vasconis, notarium de Mirapisce et iuratum meum, scribi feci.

XXXIV. — *I. Lettres patentes de Philippe VI de Valois permettant à Jean II de Lévis et aux seigneurs de Mirepoix, ses successeurs, de régir, en vue d'en éviter le morcellement, leurs héritages dans la sénéchaussée de Carcassonne, non plus d'après la coutume de Paris, mais suivant les prescriptions du droit écrit. Décembre 1333.*

II. Autres lettres patentes du même roi, jointes aux précédentes pour les reproduire et les confirmer, et accordant à Jean et à Roger-Bernard de Lévis, fils de Jean II, seigneur de Mirepoix, la faculté de céder à leur gré, l'un au profit de l'autre ou même d'un tiers, les biens provenant de la succession de leur père, mais avec l'autorisation de celui-ci. Février 1339 (n. s. 1340) (1).

1333-1340.

Philippus, Dei gracia, Francorum rex, notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod, quum nos, dilecto et fidelissimo Iohanni de Levis, militi, domino Mirapiscis, litteras nostras concessisse dicamur, continentes tenorem, qui sequitur:

Philippus, Dei gracia, Francorum rex, notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod, quum terra baronie Mirapiscis, et tota alia terra, quas dilectus et fidelis noster Ioannes de Levis, miles, dominus Mirapiscis, tenet a nobis in senescallia Carcassone et ejus ressorto, secundum usus et consuetudines vicecomitatus Parisiensis, a longo tempore citra, quoad successiones, fuerunt gubernate, nos, attendentes quod terre vicine iure scripto, pro majori parte, reguntur, quodque domini Mirapiscis, qui fuerunt pro tempore, divitiis, terris et redditibus opulenti fuerunt, unde nostris predecessoribus regibus Francie in guerris et alibi servire poterant utiliter, et etiam serviebant, et quod dictus Iohannes, nunc dominus

(1) Quoique ces deux pièces ne fassent pas partie du Cartulaire, nous avons cru devoir les comprendre dans ce recueil où, par leur importance, elles ont leur place marquée. Modifiant le régime successoral adopté par la branche aînée de la maison de Lévis depuis son établissement dans le Midi, ces lettres patentes offrent un grand intérêt pour l'histoire de la seigneurie de Mirepoix ; elles servent à expliquer les dispositions prises à l'occasion des héritages, antérieurement et postérieurement à leur promulgation.

Mirapiscis, propter partagia seu divisiones, quas filii et heredes predecessorum suorum, pretextu dictorum usuum et consuetudinum, de predictis terris et redditibus habuerunt, est adeo minoratus, et minorari possent tam ipse quam sui successores et heredes in futurum, quod modicum nobis aut successoribus nostris possent facere servitium, et exinde plura alia inconvenientia sequi possent; predicti fidelis nostri supplicationibus annuentes, eidem, auctoritate regia et speciali gracia, concessimus et concedimus per presentes quod, tam ipse quam successores sui et liberorum suorum, quantum ad ipsos dumtaxat, teneant et regant, seu teneri et regi faciant perpetuo terram et baroniam predictas secundum jus scriptum, ad modum partium vicinarum, salvo tamen iure regio in quinto denario, in rechatis, in gardiis, in custodia civitatis Carcassone, et in omnibus aliis servitiis et juribus, tam consuetis quam debitis, liberorum etiam predicti domini, nunc natorum seu conceptorum, quibus per presentes preiudiciare nolumus, iure salvo, nisi forte, quum in etate legitima fuerint constituti, renunciare sponte voluerint et renuntiaverint juri, in ratione dictorum usuum et consuetudinum, quoad successiones, hujusmodi competenti.

Quod ut firmum et stabile perpetuo perseveret, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Actum apud Boscum Vicennarum, anno Domini M° CCC° XXXIII° , mense decembris (1).

Quumque idem Iohannes de Levis, dominus Mirapiscis, nobis supplicaverit ut Iohanni et Rogerio Bernardi, filiis suis naturalibus et legitimis, majoribus etatis quatuordecim annorum, minoribus tamen viginti quinque, ut dicitur, licentiam et auctoritatem nostram (2), ius, quod eis in bonis et hereditate dicti eorum patris competit, vel competere posset in futurum, unus in alterum ipsorum vel in alios, dandi, transferendi et aliter ordinandi, prout eis videbitur, aucto-

(1) Cette pièce est reproduite dans l'*Histoire générale de Languedoc*, tome XI, Preuve 277, cc. 723-724 ; elle est tirée du Trésor des Chartes, registre 66, n° 1188 (JJ. 66, f° 508 v°). Aux archives du château de Léran, il existe une expédition de cet acte, à laquelle est annexée la pièce suivante.

(2) *Licentiam et auctoritatem nostram*.... Ces deux mots sont régis par le verbe *concedere* placé cinq lignes plus bas et qui n'a aucun rapport avec *ius* ; ce mot dépend de *dandi*. *Dignaremur concedere licentiam et auctoritatem nostram ius... dandi quod*....

ritate et consensu dicti eorum patris et eorum iuramento intervenientibus, prout de jure scripto possunt et eis licitum est, concedere dignaremur, nos, supplicationibus hujusmodi annuentes, tenore presentium, prefatis Ioanni et Rogerio Bernardi, et eorum cuilibet, dumtamen ad etatem quatuordecim annorum pervenerint, damus potestatem et licentiam ad invicem donandi, ordinandi, pasciscendi, remittendi, et alia faciendi de bonis et hereditatibus dicti eorum patris; vel etiam ordinationem faciendam per dictum eorum patrem approbandi et ratificandi, que eis sunt licita et licent (*sic*), iuxta formam juris scripti.

Et ea [que] ordinaverunt seu fecerunt circa premissa, dumtamen iuxta formam juris scripti facta fuerint, rata et firma habere, perpetuoque tenere et observare volumus, et auctoritate nostra regia, speciali gratia, et ex certa scientia, per presentes, necnon consuetudinibus vicecomitatus Parisiensis contrariis non obstantibus; nostro tamen in quinto denario, in rechatis, in gardis, in custodia civitatis Carcassone, in servitiis, et in omnibus aliis tam de jure quam de consuetudine nobis et nostris successoribus debitis, jure salvo.

Quod ut ratum, firmum et stabile permaneat in futurum, nostris presentibus fecimus apponi sigillum.

Datum apud nemus de Vicennis, anno Domini M° CCC° XXXVIII°, mense februarii.

Dum sigillabitur, remittatur camere compotorum, I. *de Sancto Iusto*.

Per dominum regem, ad relationem (1).

(1) Ces deux lettres sont classées aux archives du château de Léran sous la cote liasse A 2, n° 40 (fonds Lévis-Mirepoix).

XXXV. — *Criée faite, de la part du seigneur de Mirepoix, pour défendre aux habitants de passer sur ses terres, sous peine de 10 deniers d'amende.*

Révocation de la défense à la demande des consuls. (Pièce non numérotée dans le Cartulaire.)

19-28 Juin 1379.

L'an mil tres cens sietanta nau, le dimenge devant sant Iohan Babtista, que foc à xix de iun, foc feyta crida, de part de mossenhor de Mirapeix, en la forma que s'en siec :

« De part de mossenhor de Mirapeix, manda om à tota persona, de calque condeciu que sia, que no auze el passar la terra de mossenhor de Mirapeix per pendre segua de fora, en pena de detz lieuras de tornes e pagar ses tota.... »

Item à xxviii del dit mes, l'an desus dit, mestre Iohan del Pueg, loctinent de mosen le iutge, et Iohan Lebratier, balhe de Mirapeix, e mossen Arnald Fornier, granatier del dit senhor, revoquero la dita crida, de mandament del dit senhor. Es am lettra per ledit mossenhor à elhs trameza e[n] presentia de mossen Iohan la Faia, canonge de Mirapeix, mossen R. Ferier, mossen Iacmes del Abatia, beneficiat de sant Maurezi, Iacmes Vigoros, Rogier Raynart, mestre Iohan dels Faudiers, de la Roca, Iacmes Ferier, sabatier, Arnald Boyns, R. de Solayrac, Arnald Laurens, de Mirapeix, e de B. G., à la requesta de P. de Bergua, savi en dreitz, G. Rocati, G. Cayrol, cossols de Mirapeix, l'an desus dit.

XXXVI. — *Lettres patentes de Charles VI ratifiant le paréage établi entre lui et Roger-Bernard de Lévis I, seigneur de Mirepoix, en ce qui concernait l'exercice de la justice, les obligations militaires, la mise d'une garnison au château de Mirepoix.*

Don par le roi à Roger-Bernard, en usufruit viager, des biens de Villesèque-lande et de Pénautier, et d'une somme de 3,000 francs une fois payée (1).

17 Juillet 1390.

Karolus, Dei gracia, Francorum rex, notum facimus universis, presentibus et futuris, quod, tractantibus quibusdam de gentibus nostri Consilii ac Camere nostre Compotorum Parisius, pro nobis et nomine nostro, et pro utilitate nostra, pro nobis et successoribus nostris, regibus Francorum, [inter nos], ex una parte, et dilectum et fidelem nostrum Rogerum Bernardum de Levis, militem, et dominum Mirapiscensem, ex parte altera, ex certis et iustis causis nostrum et dicti domini Mirapiscensis animum moventibus, perpensata et cogitata utriusque nostrum utilitate, fuerunt facte associatio, unio et pariagium omnimode iurisdictionis alte, medie et basse, ac meri et mixti imperii, et primi ressorti, quam et que idem dominus

(1) Dans le Cartulaire, il n'existe que des extraits de l'acte de paréage, transcrits le 5 juin 1481.

La création du paréage donna lieu, jusqu'au milieu du XVII^e^ siècle, à une série, presque ininterrompue, de procès soulevés, tantôt par le seigneur, tantôt par les habitants de Mirepoix, tantôt par les agents de la Couronne, pour ou contre le maintien de l'institution. L'intervention directe du pouvoir royal dans les affaires locales était une conséquence du paréage ; tous les partis, à des titres différents, étaient intéressés dans la question.

Le texte est reproduit d'après la charte, qui fait partie du fonds du paréage de Mirepoix (*archives de Léran,* Paréage C 2). Il existe plusieurs copies de ce document dans le dépôt.

Mieux vaut produire, dans son entier, le texte de cet important document plutôt que d'en donner des extraits. On trouve dans cette pièce des renseignements sur l'organisation du fief et sur les coutumes dont jouissaient les habitants avant et après l'organisation du paréage.

Mirapiscensis habet et habere debet, atque potest, in suis propriis villis et locis que secuntur, videlicet :

In castro et civitate suis de Mirapisce ; in villis et locis de Petrafitta ; de Gaitis ; de Casalibus Fabrorum ; de Trazeriis ; de Querio ; de Cabanaco ; de Plano Villario ; de Spinoso ; de Maseretis ; de Viveriis ; de Rivo Croso ; de Senessa ; de Roglis ; de Duno ; de Liuraco ; de Sautello ; de Carlario de Rupeforti ; de Exsartis de Rupeforti ; de Rupeforti ; de Ylhato ; de Rayssiaco ; de Perella ; de Avellaneto ; de Drulano ; de Ruppe Ulmesii ; de Troya ; de Sancto Iuliano ; de Malagoda ; de Balaguerio ; de Monte Alto ; de Pontemirone ; de Ginibrello ; de medietate bastide Raynose ; necnon et in locis vassallorum suorum, tam ex causa dicti sui primi ressorti quam dicti castri ; ac etiam [in] eius propriis terris, possessionibus, pratis, vineis, nemoribus, forestis, aquis, ripariis, molendinis ; et in hominibus et mulieribus ; atque [in] terminis, pertinenciis, appendenciis et adiacenciis ville, castri, civitatis et locorum predictorum ac vassallorum suorum, quantum tangit et ad ipsum pertinet ac pertinere potest iurisdictio dicti primi ressorti, exercicii eiusdem atque castri ;

In modum qui sequitur, videlicet :

I. Quod, de cetero, dicta iurisdictio inter nos et successores nostros, reges Francorum, et dictum dominum Mirapiscensem, suos heredes et successores, sit ac remaneat perpetuo communis et pro indiviso ; regaturque et gubernetur per communes officiales, videlicet :

1° Per iudicem et baiulum ordinarium, qui primam cognitionem omnium casuum et causarum, tam civilium quam criminalium, ad dictam iurisdictionem spectantium, habebunt, et de eisdem cognoscent, prout iudex et baiuli dicte terre, nomine dicti domini, cognoscebant ante dictum pariagium ;

2° Per notarios, servientes et alios officiarios et ministros necessarios pro exercicio dicte iurisdictionis ;

3° Necnon et per iudicem appellationum ;

Communiter per nos et successores nostros, et dominum Mirapiscensem, suos heredes et successores, eligendos et instituendos.

II. Ita tamen quod, si huiusmodi electio et institutio, de communi consensu nostro et successorum nostrorum, ac dicti domini Mira-

piscensis, non fierent, vel in eisdem fiendis non essemus vel essent concordes, quod, eo casu, electio et presentatio dictorum iudicum ordinariorum et appellationum, et baiuli ordinarii, uno anno, per senescallum nostrum Carcassone, vel eius locum tenentem, nomine nostro, fiant et ad ipsum pertineant ; et, alio anno immediate sequenti, ad dictum dominum Mirapiscensem et eius successores, dominos dictorum locorum ; et ipsorum institutio, isto modo et per dictum senescallum nomine nostro, et dictum dominum Mirapiscensem, dictorum officialium communium fiat consimiliter et observetur.

III. Et tales officiales, baiuli, notarii et servientes, quum fuerint instituti pro exercicio dicte iurisdictionis, iurabunt in manibus dicti senescalli, vel ejus locum tenentis aut deputati ab eo, et eiusdem domini Mirapiscencis, quod erunt boni et fideles nobis et successoribus nostris, et dicto domino Mirapiscensi et suis successoribus, et in dictis eorum officiis fideliter se habebunt, (1) antequam eorum utantur officio. Si quid facerent vel uterentur dicti officiarii ante prestationem dicti iuramenti, illud sit irritum et nullius valoris.

IV. Item, quod omnia emolumenta, res, bona et jura, que, de cetero, provenient qualitercumque, et quomodocumque provenire poterunt in futurum, causa dicte iurisdictionis civitatis et castri et aliorum locorum predictorum, erunt communia ; et equis partibus, medium per medium, ad nos et successores nostros, et ad dictum dominum Mirapiscensem et suos successores dividentur ; et per unum receptorem, per nos seu successores nostros, aut dictum nostrum senescallum Carcassone, et dictum dominum Mirapiscensem vel successores suos instituendum, recipientur. Qui quidem receptor, de medietate nobis seu receptori nostro Carcassone, et de alia medietate dicto domino Mirapiscensi et suis, emolumentorum que provenient ad causam exercii dicte iurisdictionis, deductis suis vadiis et dictorum iudicum et baiulorum ordinariorum, anno quolibet, sine fraude habebit et tenebitur reddere atque solvere cum effectu.

(1) Avant d'exercer leurs fonctions, les officiers devront prêter serment de fidélité.

V. Item fuit actum, et expresse conventum et retentum quod, casu quo aliqua feuda nobilia, aut alia predia rustica vel urbana, sita in terra dicti pariagii, hominum seu vassallorum dicti domini Mirapiscensis, pro tempore, pro quocumque crimine vel excessu, etiamsi lese maiestatis vel heresis fuerit, pervenirent, ad causam iurisdictionis dicti pariagii, ad nos seu successores nostros, et dictum dominum Mirapiscensem seu suos, quod nos et successores nostri partem, que ad nos pertinuerit, teneamur extra manum nostram ponere infra annum et diem ; alias quod huiusmodi pars nostra remaneat totaliter dicto domino Mirapiscensi et suis confiscata.

VI. Item fuit actum atque per nos concessum in hoc pariagio quod officiales, notarii et servientes, seu ministri dicti pariagii, coram dicto senescallo, seu eius locum tenente, aut alio eorum superiore, super facto iniurioso, aut super indebita executione, pro causis exercicium dicte jurisdictionis tangentibus, ad requestam aliquorum de subditis dicti pariagii aut aliorum quorumcumque, non vocabuntur nec molestabuntur, sed solum et dumtaxat per viam appellationis a iudice appellationum dicti pariagii fiende.

VII. Item dicti officiarii pariagii non tenebuntur, ad requestam aliquorum, coram senescallo nostro Carcassone, seu alio eorum superiore, portare aliquas informationes, processus vel inquestas, quas ipsos facere contigeret pro criminibus et delictis commissis vel committendis in terra pariagii huiusmodi; nec dictus senescallus, aut alius eorum superior, de eisdem, se poterit intromittere vel cognoscere, nisi per viam appellationis fiende a dicto iudice appellationum dicti pariagii.

VIII. Item fuit actum, retentum et reservatum dicto domino Mirapiscensi et eius heredibus et successoribus quod iudex ordinarius vel appellationum communis dicti pariagii possit cognoscere, diffinire et determinare de quibuscumque criminibus, delictis et excessibus commissis in castro et terra dicti domini Mirapiscensis per quoscumque, de quibus cognitio et punitio ad dictum dominum Mirapiscensem pertinebat ante huiusmodi pariagium ; culpabilesque punire et condempnare, prout iuris fuerit et rationis ; et quod omnia emolumenta, iura et confiscationes, que exinde provenire contigerit,

sint sola et in solidum, ac remaneant et applicentur dicto domino Mirapiscensi et suis ; ac nobis de eisdem seu nostris nichil applicetur.

IX. Item est ordinatum et concordatum quod, per iudicem communem dicti pariagii, gentes, subditi et homines utriusque sexus dicte civitatis Mirapiscensis, omniumque aliarum villarum et locorum quorumcumque dicti pariagii, compellantur ad reficiendum, curandum et retinendum ductus et meatus aquarum, et bezalos molendinorum suorum, et in statu debito reponendum ; et quod emende inde provenientes ad usus communes dicti pariagii applicentur.

X. Item quod capitanei castrorum dicti domini Mirapiscensis possint et valeant compellere omnes qui ad hoc fuerint compellendi, modo et forma hactenus observatis, ad faciendum guetum, gardiam et excubias in eisdem castris; et quod emende, que exinde provenient, dicto domino Mirapiscensi, et non nobis, applicentur, prout et quemadmodum fiebat ante huiusmodi pariagium.

XI. Item quod receptor communis emolumentorum dicte iurisdicionis et castri, que provenient et que recipiet, tenebitur solvere vadia iudicibus et baiulis ordinariis, pro exercicio dicte iurisdictionis, instituens videlicet : iudici ordinario, triginta libras turonensium ; iudici appellationum, quindecim libras; baiulo de Mirapisce, triginta; et procuratori, quindecim libras ; et sibi ipsi receptori, decem libras turonensium, pro eorum vadiis annuis. Et de residuo, pro medietate, nobis et successoribus nostris seu nostro receptori Carcassone, ac dicto domino Mirapiscensi et suis successoribus, pro alia medietate, sine fraude, anno quolibet, tenebitur respondere, et satisfacere, ac reddere compotum, et reliqua prestare cum effectu.

XII. Item fuit actum quod, in dicto castro de Mirapisce, ad nominationem dicti domini Mirapiscensis et electionem, ac successorum suorum, ordinabitur, creabitur et instituetur unus capitaneus sufficiens, qui sit subditus noster, per senescallum nostrum Carcassone, nomine nostro et dicti domini Mirapiscensis, tociens quociens fuerit opportunum et necessarium, sumptibus dicti domini Mirapiscensis. Et idem capitaneus jurabit et tenebitur jurare in manibus dicti senescalli nostri, nomine nostro ac nomine dicti domini Mirapiscensis et successorum suorum, quum fuerit nominatus et electus,

antequam suo utatur officio, quod erit bonus et fidellis nobis et successoribus nostris Francorum regibus, dictoque domino Mirapiscensi et suis successoribus, et quod se in dicto capitaneatus officio fideliter habebit.

XIII. Item concedimus quod dictus capitaneus habebit, ut moris est, exercicium garde et custodie diurne et nocturne fiende in dicto castro.

XIV. Item volumus et concedimus dicto domino Mirapiscensi quod possit et valeat, ad maiorem securitatem custodie dicti castri, ponere et recipere in dicto castro viginti quinque homines, cum eorum uxoribus, liberis et familia, pro habitando in dicto castro, ad communem utilitatem nostram successorumque nostrorum, et dicti domini Mirapiscensis et successorum suorum.

Qui quidem homines, quamdiu veram habitationem in eodem castro facerent cum uxoribus, sint et remaneant quitti et immunes a quacumque solutione et contributione quarumcumque talliarum et collectarum, quacumque causa vel ratione indicendarum per universitates, seu in locis quarumcumque universitatum, licet in eisdem locis et eorum terminis bona habebant, et habere ac acquirere pro tempore ipsos contigerit.

XV. Item concedimus quod dicti homines et eorum uxores, et liberi ac familie, si etatis legitime existant, quum recipientur in dicto castro pro ibidem habitando, jurabunt, in manibus capitanei dicti loci, quod erunt boni et fideles nobis et successoribus nostris, ac dicto domino Mirapiscensi et suis successoribus, et, circa custodiam dicti castri, fideliter se habebunt.

XVI. Item fuit expresse, inter nos et dictum dominum Mirapiscensem, conventum quod huiusmodi pariagium perpetuo durabit, et non provocabuntur idem dominus Mirapiscensis et sui successores ad divisionem huiusmodi pariagii fiendam.

XVII. Nosque huiusmodi pariagium, tamquam nobis utile, expediens et commodiosum, modo et forma superius specificatis, ratum et gratum habentes, volentesque dicto domino Mirapiscensi aliqualem remunerationem et recompensationem dicte mediatatis iurisdictionis predicte, nobis in huiusmodi pariagio per eum concesse, facere, de nostris gracia speciali ac plenitudine regie maiestatis, gentiumque

nostri Consilii et Camere Compotorum nostrorum Parisius deliberatione prehabita, dicto domino Mirapiscensi dedimus et concessimus, damusque et concedimus loca nostra de Podio Nauterio, in Cabardesio, et de Villa Sicca Landa, in castellania Montis Regalis nostre senescallie Carcassone, una cum omnimoda iurisdictione, altaque, media et bassa, meroque et mixto imperio, et primo ressorto, et exercicio eiusdem, et cum omnibus redditibus, proventibus, molendinis, ripariis, et iuribus, ac servitutibus et emolumentis quibuscumque ad nos pertinentibus, et pertinere debentibus qualitercumque et quomodocumque, tam ratione iurisdictionis dictorum locorum, eorumque pertinenciarum et adiacentiarum, quam alias, quomodocumque et quacumque causa, cum hominibus et mulieribus dictorum locorum, per eumdem dominum Mirapiscensem, et eius nomine, habendos, tenendos, regendos, gubernandos et recipiendos (1), tam per se quam eius officiarios et ministros per ipsum instituendos, quamdiu vitam egerit in humanis, solum et dumtaxat ; et quod, post mortem dicti domini Mirapiscensis, predicta omnia, per nos sibi donata, nostro domanio revertantur ; concedentes, ex uberiori gracia, dicto domino Mirapiscensi quod sui officiarii, pro exercicio dicte iurisdictionis instituende in dictis locis, non possint vocari, nec adiornari coram senescallo nostro Carcassone, seu alio eorum superiore, pro apportandis informationibus, seu processibus vel inquestis, aut super facto iniurioso, vel super indebita exercitione, seu alias pro aliqua causa, ad requestam aliquorum, pro causis de quibus prima cognitio ad eos de jure vel consuetudine noscetur pertinere, nisi per viam appellationis fiende a iudice primi ressorti ; nec alias, dictus senescallus, nec aliquis superior ipsorum de predictis cognoscere valeat, vel se intromittere possint ; secus agenda nullius valoris et momenti, harum serie, decernentes.

XVIII. Item volumus et concedimus quod, huiusmodi pariagio non obstante, idem dominus Mirapiscensis et eius successores, si et quum sibi visum fuerit expediens seu necessarium, possint et valeant libere et impune congregare gentes et subditos dicte terre

(1) Tous ces participes se rapportent à *loca nostra de Podio Nauterio....*, placés douze lignes plus haut ; régulièrement, il faudrait *habenda.....*

et pariagii ; mandare gentes armorum, equitum et peditum, in suis castris et villis, pro defensione persone sue et suorum castrorum et villarum ; et eosdem tenere, suis sumptibus et expensis, adversus malivolos suos et inimicos, si et prout facere poterat ante huiusmodi pariagium, et facere posset si huiusmodi pariagium non adesset.

XIX. Et premissorum consideratione, ac in recompensatione pariagii dicti castri Mirapiscensis, dedimus et donavimus, damusque et concedimus dicto domino Mirapiscensi summam trium milium francorum auri, solvendam semel et capiendam, prout, in nostris aliis litteris super assignatione solutionis dicte summe confectis, latius continetur.

XX. Item volumus, in quantum possumus, et dicto domino Mirapiscensi concedimus quod aliqualis executio aut compulsio, ad requestam aliquorum creditorum dicti domini Mirapiscensis, presentium et futurorum, in redditibus, proventibus, iuribus et emolumentis dictorum locorum de Podio Nauterio, de Villa Sicca Landa, dicto domino Mirapiscensi, causa supradicta, vita sibi comite, per nos sibi datis, nec in persona equitatus, aut [in] aliis bonis suis, que habet aut habere contigerit in civitate Carcassone, minime fiat, nec fieri permittatur, nisi prius discussis bonis suis aliis, que habet et habere contigerit in aliis suis terris et alibi, obligationibus, iuribus ac statutis, et rigoribus sigilli ad hoc contrariis non obstantibus.

XXI. Item concedimus dicto domino Mirapiscensi, pro se, scutiferis, familiaribus suis, et aliis habitatoribus in dicto castro, et subditis terre dicti pariagii, quod sint et manuteneantur in salva gardia nostra ; et eos, et eorum quemlibet, cum omnibus bonis suis, suscipimus, per presentes, sine financia aliquali nobis, propter hoc, quoquo modo persolvenda.

XXII. Quapropter, premissa omnia tenere, complere et servare cum effectu volentes, mandamus, committendo, si sit opus, senescallo et receptori nostris Carcassone, ceterisque officiariis nostris, qui nunc sunt et pro tempore futuro erunt, aut eorum loca tenentibus, quatenus omnia et singula, prout superius sunt expressa, ut ad quemlibet eorum pertinuerit, teneant et observent modo et forma predictis ; dictumque dominum Mirapiscensem et suos, omnibus et

singulis in presenti pariagio expressis, iuxta sui formam et tenorem, uti pacifice faciant et gaudere ; necnon eumdem in possessione reali et corporali dictorum locorum nostrorum de Podio Nauterio, de Villa Sicca Landa, una cum dicta iurisdictione, aliisque redditibus, iuribus et emolumentis, ad nos in eis locis et eorum adiacenciis pertinentibus, ponant et inducant ; positumque et inductum tueantur et defendant ; ac de eisdem sibi faciant respondere, quamdiu vitam duxerit in humanis, absque impedimento quocumque.

XXIII. Quoniam sic fieri volumus ex causis predictis, per dilectas et fideles gentes nostras Camere Compotorum Parisius, redditus, emolumenta, atque iura nostra alia, in dictis locis per nos dicto domino Mirapiscensi donatis, ad nos pertinencia, que per dictum dominum Mirapiscensem vel eius gentes habere et recipere contigerit, durante sibi vita, absque difficultate quacumque, de recepta dicti receptoris nostri deduci et in suis compotis alloquari iubemus.

Quod ut firmum et stabile permaneat in futurum, sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum, salvo in aliis iure nostro, et in omnibus quolibet alieno.

Datum Parisius, die XXVII^e^ iulii, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo, et regni nostri decimo.

Sur le pli du parchemin des lettres patentes :

Per regem, ad relationem Consilii in Camera Compotorum Parisius existentis, in quo vos, episcopus Novionensis (1), Iohannes d'Estoutavilla, magister Eduardus de Molinis, gentes dictorum Compotorum et thesaurarii, et quamplures alii, eratis.

G. Huingant.

Sur le même pli, à droite :

Registrata in Camera Compotorum Parisius, et ibidem expedita, do consensu thesaurariorum, mediantibus conditionibus superius contentis.

Scriptum in dicta Camera, die XXII^a^ octobris, anno M CCC IIII^xx^ X° (2).

F. Crete.

(1) L'évêque de Noyon, à cette époque, était Philippe de Moulins, qui occupa le siège de 1388 à 1409. Au lieu de *Novionensis*, il faudrait *Noviomagensis*.

(2) 22 octobre 1390.

XXXVII. — *Amortissement par Jean de Lévis IV, seigneur de Mirepoix, de la métairie des Pauvres, sise à Saint-Jean-de-l'Herm* (1) *et régie par les consuls de Mirepoix.*

Prescriptions concernant le paiement des rentes dues au seigneur par les habitants de Mirepoix, pour leurs biens.

Texte latin dans le préambule et les clauses, roman dans les articles du règlement.

Copie faite, le 26 février 1492, (n. s. 1493), *à l'occasion d'un procès des consuls contre le seigneur.* (Pièce 30 du Cartulaire.)

5 Septembre 1467.

In nomine Domini, amen. Anno dominice incarnationis millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, et die quinta mensis septembris, illustrissimo principe et domino nostro, domino Ludovico, Dei gracia, rege Francorum, regnante, noverint universi et singuli quod, apud castrum Mirapiscis, in mei, notarii publici, et testium infra scriptorum presencia, nobilis et potens vir, dominus Iohannes de Levis, miles, dominus Mirapiscis et de Guarda, attendens honorem et profiguum civitatis Mirapiscis et habitantium et declinantium in eadem, et quanto dicta civitas magis bonis, moribus, libertatibus, privilegiis et franquesiis erit insignita, tanto melius gentes, aliunde et extrance, in eadem, pro habitatione in eadem facienda, declinabunt, et ex his magnum profiguum et commodum non modicum reportabit ; volens etiam et affectans bonum statum et pacificum suorum subditorum, etiam suum et suorum succes-

(1) Le lieu n'est pas indiqué dans le corps de l'acte, où il est seulement question de la métairie donnée à la Charité de Mirepoix par Marsal. La désignation de *Saint-Jean-de-l'Herm*, ancienne paroisse située près de Mirepoix, se trouve dans le titre, mis postérieurement à la rédaction du Cartulaire.

sorum, libertates et privilegia dicte civitatis et habitantium de eadem concessa ; non solum conservare intendens, verum etiam augmentare, et eosdem favore gracioso prosequi, nedum solum discordiam seu questionem, sed questionis et discordie materiam omnimodam amputare ac etiam ressecare ; necnon ad concessionem specialem infra scriptarum libertatum et privilegiorum, ad supplicationem et frequentatam requisitionem nobilis Georgii de Pate, Iohannis Beneti, et Ramundi Hortolani, consulum predicte civitatis Mirapiscis, ac plurium et diversarum aliarum personarum eiusdem civitatis ibidem presentium, gratis, et deliberato animo, pro se et suis successoribus universis, processit, prout et quemadmodum, in quadam papiri cedula per eumdem dominum Mirapiscis, michi, notario infra scripto, tradita, continetur ;

Cuius tenor sequitur in hunc modum :

Sieguen se certans previleges e gracias donadas per lo noble e poisant senhor mossen Iohan de Levis, chevalier, senhor de Mirapeix e de la Guarda, als habitans de la ciutat de Mirapeix, que son ara de present, ny seran al temps endevenidor.

I. Prumierament, que lodit mossenhor de Mirapeix, maugut de bona amor enta Dieu e aven amistat envers ladita ciutat de Mirapeix e habitans de aquela, am tota caritat e perfeyta dileccio, ha amortisada una boyria (1) am tot son terrador, per Marsal, que Dius perdo, à la almoyna de la Caritat, que se dona per amor de Dieu, à Mirapeix, donada am pacte que, d'assi avant, los consols et habitans de Mirapeix li seran tengutz, cascun an, de paguar lo servici degut per ladita borda e terrador.

II. Item que lodit mossenhor de Mirapeix, cascun an, d'assi avant tremetra son procurayre, lendoma de Totz Sants ho autre iorn apres, aquel que li pleyra, en la ciutat de Mirapeix, e que fera cridar que tot home aia paguar so que deura dels servicis ; e si no pagua, que les compellisca, comme bon le semblara, ni es acostumat d'estre exequtat per los servicis.

III. Item que, si es cas que y aia degun habitant que cesses d'assi avant de paguar aldit mossenhor ho à son procurayre los servicis, per

(1) *Boyria.... donada.*

sos bes degutz per lo terme de quatre ans revoulz e complitz, que, à la fi deldit terme de quatre ans, fayta cascun an diligence, lodit procurayre fara cridar que totz aquels, que no auran paguat los servicis per els degutz de quatre ans ensa, que, quinse iorns apres feyta ladita criada, cascun que deura aia à paguar totz los derayratges desdits quatre ans, autrament, si no a paguat dins losdits quinse iorns, [que] hom lor baylara libel de comes.

IV. Item que, si ya degun que no aia paguat los servicis dins losditz quatre ans e quinse iorns, per sa ma propria ho per autra, quina que sia, per lui ho per los servicis que sos bes deuran, adonc lodit mossenhor de Mirapeix o son procurayre puesca procedir al comes per iustice.

V. Item que, al reguart de alcunas possessios presas per devant losdits articles, que son de present faitz en la ciutat de Mirapeix, per lodit mossenhor ho son procurayre, per confisc, per servici no paguat, la causa es remetuda à mossen Bernat de Casanova e à mossen Iohan de Codeir, licenciatz en leys, de Limos. Los cals an poder d'en hordenar tot aytal so que per razo fer deuran ; e la hordenansa, que ne donaran, lodit mossenhor tendra, e parelhament los habitanz de Mirapeix.

VI. Item lodit mossenhor de Mirapeix iura e promet sus los quatre sans evangelis de no venir contra los previleges, per sos predecessors senhors de Mirapeix donatz als habitans de la dita ciutat de Mirapeix.

Acta fuerunt hec, anno, die, loco et regnante, quibus supra, in presencia et testimonio nobilium virorum Iohannis de Lorda, Ludovici Salsa, scutiferorum, domini Arnaldi Comas, presbiteri, et Petri de Prato, servitoris predicti domini Mirapiscis, testium ad premissa vocatorum et specialiter rogatorum, et mei, Dominici de Pulcra Matre, notarii regii, predicte civitatis Mirapiscis habitatoris, qui, mandatus per dictum dominum Mirapiscis, et requisitus per dictos consules, hanc cartam recepi, scripsi, et signo meo publico autentico sequenti, quo utor in meis publicis instrumentis auctoritate predicta receptis, signavi.

In fidem et testimonium veritatis.

Suit, en effet, le seing authentique du notaire Dominique de Bellemaire.

Et au-dessous est écrit :

Fuit retentum duplum in processu consulum contra dominum de Mirapisce, die XXXVI[a] mensis februarii, anno Domini M° III[I]°, nonagesimo secundo, per me, N. Bechade, notarium. (26 février 1492, n. s. 1493.)

XXXVIII. — *Formules des serments que doivent prêter divers officiers municipaux de Mirepoix avant d'entrer en charge (consuls, conseillers, estimateurs du pain, crieur public et couratier, capitaine, bandiers et messeguiers, habitants, estimateurs de la taille).* (Pas de date, pièce dernière du Cartulaire, non numérotée, écriture du XV^e^ siècle.) *Texte roman.*

I. *Les consuls doivent prêter le serment entre les mains du baile de la ville* (1).

Forma del iurament acostumat à prestar à las mas de mossenhor le bayle de la cieutat de Mirapeis ou de son loctinent, per cascun consol de ladita cieutat, avans que exercisca offici de cossol.

Ieu, N., cossol de la cieutat de Mirapeis, prometi et iuri sus les sans evangelis, sanct *tegitur* (2) et la sancta crotz, passion figurada de Nostre Senhor Dieus, que, d'aquesta hora en avant, totz temps exercire (3) le offici de cossol, ben et lialment, à la honor, utilitat del rey, nostre sobiran senhor, et de mossenhor de Mirapeys, et de la causa poblica, et à conservation et deffensa de las personas, privileges et libertatz, usanssas et coustumas anticas dels habitans de la dita cieutat et ressort de cossolat del dit Mirapeis. Et totz dampnages, que lor poyria avenir, evitare, et tota honor et utilitat lor procurare, bon et lial conte de la administration rendre et reliqua prestare, à mon poder. Ayssi me aiude Dieus et aquestz sans.

II. *Les conseillers entre les mains des consuls.*

Forma del iurament que es acoustumat de prestar à las mas dels cossols de la cieutat de Mirapeis, per cascun home, iurat, concelhier,

(1) Ces mentions, écrites en français sur les marges, sont d'une écriture, dont la forme indique le XVIII^e^ siècle.

(2) *Tegitur*, pour *Te igitur;* on désigne ainsi le tableau d'autel, sur lequel sont transcrites quelques prières de la messe, notamment celle qui commencent par les mots : *Te igitur...* On prêtait serment sur ce tableau.

(3) Il est à remarquer que, dans ces formules en langue romane, la première personne du futur de l'indicatif est toujours en *e* et non en *ai*.

Si un même mot se présente avec des variantes, c'est qu'il a été transcrit suivant les modifications du texte.

abans que intre en conselh de ladita cieutat, am los consols susdits.

Ieu, N., conceilher dels cossols de la present cieutat de Mirapeis, prometi et iuri, sus les sans evangelis, sanct *tegitur* et la sancta crotz, passion figurada de Nostre Senhor Dieus, que, d'aquesta hora avant, totz temps ieu exercire lo offici de conselhier, et als susdits cossols bon et lial concelh et concels (*sic*) donare, à la honor et utilitat del rey, nostre sobiran senhor, et de mossenhor de Mirapeis. et de la causa poblica, et à conservation et defensa de las personas, privileges, libertatz, usanssas et coustumas antiquas des habitans de ladita cieutat et ressort del consolat deldit Mirapeis. Et totz dampnages, que lor poiria venir, evitare. et tota honor et utilitat lor procurare. Et totas vegadas, que sere mandat per los senhors cossols venir al conselh, vendre. Et los concels secretz non revelare, et tot à mon poder. Ayssi me aiude Dieus et aquestz sans.

III. *Les estimateurs entre les mains du baile de la ville, en présence des consuls.*

Forma del iurament que deven prestar los extimaires, eligitz per los cossols, à las mas de mossenhor lo bayle ou son loctinent, presens los cossols de la cieutat de Mirapeis, per extimar lo pa, lo vi, la carn, lo peysso, ou autras causas.

Ieu, N., extimaire del pa ou del vi ou de la carn ou del peysso ou de talas, prometi et iuri, per Dieus et aquestz sans evangelis de Nostre Senhor Dieus, de aquesta hora avant, totz temps de extimar lo pa, lo vi, la carn, lo peysso, talas ou dampnages, et de exercir lo dit offici, ben et degudamen, al proffieyt et honor de la causa poblica et dels habitans de la cieutat et ressort del cossolat de Mirapeis. Et bona et vertadieyra extima et relation fare, à mon poder. Ayssi me aiude Dieus et aquestz sans.

IV. *Le crieur public, le peseur, le courratier entre les mains du baile, en présence des consuls.*

Forma del iurament que deven prestar à las mas de mossenhor le bayle de Mirapeis ou de son loctenent, presens los senhors cossols, lo encantayre, pesayre, mesurayre, pagelayre et courratier de la cieutat de Mirapeis, avans que exerciscan le offici.

Ieu, N., encantayre ou pezaire et mesurayre et pagelayre ou cor-

ratier de la cieutat de Mirapeis, prometi et iuri, sus les sans evangelis de Nostre Senhor Dieus, que, d'aquesta hora avant, exercire, ben et lialment, ledit offici de encantayre, de pesayre, et mesurayre et pagelaire ou corratier, al ben et honor de la causa poblica et dels habitans de la cieutat de Mirapeis et d'aquels que apertendra.

Los peses et mesuras et pagelas, que seran trobadas falsas, los revelare als ditz senhors consols, et non permetre usar si non bon et lial pes, mesura, pagela, segon lo marc, pes, mesuras, pagelas, acoustumadas usar en la cieutat de Tholosa ; et seran signadas et marcadas de las armas de mossenhor de Mirapeis. Bona et vertadieyra relation fare del tot, à mon poder. Ayssi me aiude Dieus et aquestz sans.

V. *Serment du capitaine élu par les consuls, pour la garde de la ville de Mirepoix.*

Forma del iurament, que deu prestar lo capitayne elegit per los cossols de la cieutat de Mirapeis, per la garda de la dita cieutat.

Ieu, N., capitayne, elegit per gardar la cieutat de Mirapeis, prometi et iuri, sus los sans evangelis et sanct *tegitur* et la sancta crotz, passion figurada de Nostre Senhor Dieus, que, d'aquesta hora en abant, exercire le offici de capitayne, ben et lialment, à la honor et utilitat del rey, nostre sobiran senhor, et de mossenhor de Mirapeis, et de la causa poblica, et à conservation de las personas et bes de totz los habitans de la dita cieutat. Et de tot lo be, honor et utilitat, que lor poyre procurar et fer, affare. Et totz dampnages et desonor, que lor poyria venir, los evitare, à mon poder. Et totas vegadas que, per los senhors de consols, en la volumptat dels conselhiers, me sera mandat, delaysare lo dit offici de capitayne. Ayssi me aiude Dieus et aquestz sans.

VI. *Serment des bandiers et mességuiers élus par les consuls.*

Forma del iurament dels bandiers et messeguiers, eligitz per los cossols de Mirapeis.

Ieu, N., messeguier et bandier, prometi et iuri, sus les sans evangelis de Nostre Senhor, [que] d'aquesta hora en avant, ben et lialment, exercire le offici de bandier et de messeguier, à la utilitat del rey, nostre sobiran senhor, et de mossenhor de Mirapeis et de

la causa poblica et conservation de los bes et frutz appertenens als habitans del consolat de Mirapeis. Et totas malas feytas, que saubre, à la iusticia et als senhors de consols a revelare ; et deguna coreption, ny donation per aysso non pendre ; mes de tot bona et veraya relation fare. Ayssi me aide Dieus et aquestz sans.

VII. *Chaque habitant de la cité ou du consulat de Mirepoix au baile et aux consuls.*

Forma del iurament de cascun habitant de la cieutat et consolat de Mirapeis, [que] deu prestar à mossenhor lo baille ou à son loctinent, et als consols de la dita cieutat de Mirapeis.

Ieu, N., habitant de la cieutat de Mirapeis ou del consolat, prometi et iuri, sus los sans evangelis, sanct *tegitur*, et la sancta crotz, passion figurada de Nostre Senhor Dieus, [que], d'aquesta hora en avant, tos temps, sere bon et lial sutget del rey, nostre sobiran senhor, et de mossenhor de Mirapeis ; et als mandamens de iusticia de los iusticies et officies, et dels senhors de consols obedien sere. Totz los habitans, privileges et libertatz, usanssas et coustumas anticas del dit Mirapeis gardare et defendre. Et tot dampnage et desonor, que lor poyria endevenir als susditz senhors et autres, lor revelare et defendre, à tot mon poder. Ayssi me aiude Dieus et aquestz sans.

VIII. *Les estimateurs pour l'impôt.*

Forma del iurament dels estimayres per fer los libres de las estimas per cotisar los habitans.

Ieu, N., extimayre eligit à extimar los bes et facultatz dels habitans del consolat de Mirapeis, prometi et iuri, sus los santz evangelis de Nostre Senhor, ben et degudament, tota amor, favor, ranchor et odi cessans, que, de totz los bes, mayssous, cabals, terras et possessions, bestials, que me seran notificatz, am lo conselh de mos companhos, ben et lialment los extimare. Et de la dita extima, al libre de las extimas, vertadieyrament escriure fare. Ayssi me aiude Dieus et aquestz sans.

XXXIX. — *Rapport entre le poids du pain, dont le prix fixé est 1 denier de Toulouse, et la valeur du setier de blé.* Texte roman. (Pièce non numérotée du Cartulaire, placée après la 28e). Sans date, écriture du XVe siècle.

Siec la ordenansa del pes del pa :

Prumierament, can le sestier del froment fa III sols tolsas, peza le pa de I dinier tolsa, V libras, mens I carto.

Item can fa le sestier IIII sols tolsas, peza le pa de I dinier tolsa tres libras e mieia, e miege carto.

Item can fa le sestier V sols tolsas, peza le pa de I dinier tres libras, mens quarto.

Item can fa VI sols tolsas le sestier, peza le pa de I dinier dos libras, I quarto.

Item can fa le sestier VII sols, peza le pa de I dinier dos libras e mieia onsa.

Item can fa le sestier VIII sols, peza le pa de I dinier una libra e mieia, e trés onsas.

Item can fa IX sols, peza le pa de I dinier una libra e mieia onsa.

Item can fa X sols, peza cinq cartos e miege.

Item can fa XI sols, peza una libra, e tres onsas e mieia.

Item can fa XII sols, peza una libra e tres onsas.

Item can fa XIII sols, peza le pa de I dinier una libra e miege carto.

XL. — *Règlements et tarifs établis par les notables de Mirepoix pour le payement de la leude.* Texte roman. (Pièce 23 du Cartulaire). Sans date, écriture du commencement du XIV^e^ siècle, comme la plupart des pièces.

Incipit tractus et ordinatio facta, de consilio proborum hominum ville Mirapiscis, de quibus rebus et quid et quantum, pro eisdem, in eadem villa seu eiusdem leudario, leuda exsolvatur, prout predicta ordinatio sequitur sub hiis verbis :

1. I Buo, si passa o sis ven en la vila, II deniers tolsas ; et aquel quil compra, IIII deniers tolsas.

2. Item una vaca, mens la maitat (1) ; e si a (2) vedel o vedela tendre, no dona re entro sant Miquel.

3. Item I ase, si es vendut en la villa ho si passa, II deniers tolsas ; et aquel quil compra e l' en traz, IV deniers tolsas.

4. Item una sauma, mens la maitat ; e si a poli, le poli no dona re entro sant Miquel.

5. Item I cavalh, una egua ho I mul ho una mula, VIII deniers tolsas ; aquel quil compra et aquel quil ven, VIII d. t.

6. Item I porc ho una truia de passada, ho si es vendut en la vila, I d. t. ; et aquel quil compra en la villa, II d. t.

7. Item porcel, que no val XII d., no dona re.

8. Item feda, ho mouto ho boc ho cabra, I poges, de passada ; ho si es vendutz en la vila, aquel quil compra, I d. t.

9. Item bestiar de paissayria pagua meia leuda, à la forma desus dita, cascuna partida, exceptat home d' esta vila, qui no dona re.

10. *Li.* Item I flag de li, de passada, I d. t.; et s'il ven, II cers, et aquel quil compra, del flag, I d. t., et ayssi entro VII dezenas.

Les derniers textes que nous éditons consistent en une ordonnance de Louis XII et en deux arrêts du Conseil d'État approuvés par Henri III.

(1) Voir plus haut, pp. 236-243.
(2) *Ibid.*, pp. 243-263.
(3) *Ibid.*, pp. 201-210, *texte de l'acte de paréage*.

I. *Transaction passée entre Roger-Bernard de Lévis I* er, *seigneur de Mirepoix* (1), *d'une part, et les consuls et habitants de cette ville, d'autre part :*

1° Pour mettre fin aux procès qu'ils soutenaient devant plusieurs juridictions au sujet de certains droits réclamés par le seigneur et contestés par les vassaux.

2° Pour régler les questions suivantes qui avaient donné lieu aux litiges :

Garde du château de Mirepoix à faire chaque jour par huit hommes de la localité ; remise des clefs de la ville au seigneur par les consuls ;

Attribution des redevances provenant des droits de la criée, du courtage, des poids et mesures.

Liberté absolue de revenir fixer leur domicile dans la ville aux habitants qui avaient émigré ; faculté complète accordée aux habitants de quitter la ville, après toutefois l'acquittement de leurs dettes envers le seigneur.

Payement annuel d'un franc d'or par feu au profit du seigneur.

Mise à la charge des habitants des frais, supportés par le seigneur dans les procès intentés pour défendre ses droits devant plusieurs juridictions.

Amnistie accordée par le seigneur aux habitants, pour les faits qui leur étaient reprochés à l'occasion des derniers évènements.

Passage gratuit accordé aux habitants sur le bac que le seigneur devait, à ses frais, entretenir sur la rivière de l'Hers, en attendant la construction d'un pont, etc.

La transaction fut conclue par les habitants, avec l'autorisation du roi de France et du Parlement de Paris, et grâce à l'intervention de l'évêque de Mirepoix, Arnaud de la Trémoille.

9 AVRIL 1381 (n. s. 1382).

In nomine Domini Nostri Iesu Christi, amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo octuagesino primo, die nona aprilis, serenissimo principe, domino Carolo, Dei gratia, Francorum rege, regnante, cum sit hominum labilis memoria, ad evidentiam presentium et futurorum fuit [statutum] antiquitus a viris providis instrumentorum seriem introducere, ut per ipsorum presentium, futuro-

(1) Roger-Bernard a été seigneur de Mirepoix de 1362 à 1395.

rum memoriam reducatur (1), igitur ex huius veri et publici instrumenti [tenore], cunctis tam presentibus quam futuris, reservetur quod, cum plures et diverse questiones, lites, controversie et debata mota fuissent, et maiores omnino spectarentur inter egregium et potentem virum, dominum Rogerium Bernardi de Levis, militem, dominum Mirapiscis, ex una parte, et consules et universitatem civitatis Mirapiscis, pro se et nomine dicte universitatis et singulorum de ea et habitantium in eadem, ex altera, tam in curia nobilis et potentis viri, domini senescali Carcassone et Biterris domini nostri Francorum regis, sub cuius ressorto terra Mirapicis est situata, quam etiam coram dicto domino nostro Francorum rege et coram metuendissimis dominis Parlamenti Parisiensis ipsius domini nostri Francorum regis, et nomine eiusdem [curiam] tenentibus, quam coram aliis diversis commissariis super hoc deputatis, tam agendo quam defendendo [in causis] vertentibus seu pendentibus.

Réclamations et doléances présentées par les consuls et habitants de Mirepoix à leur seigneur Roger-Bernard de Lévis Ier.

I. Super eo quod dictus dominus Mirapiscis dicebat et asserebat quod omnes homines Mirapiscis et habitantes in eadem civitate, cuiuscumque conditionis sint, tam de die quam de nocte, tenentur et forent astricti ad castrum proprium dicti domini Mirapiscis, quod est extra dictam civitatem, pro ipso castro custodiendo et defendendo, excubiare in eodem, tam de die quam de nocte, pro suo libito voluntatis, nulla persona excepta de eisdem sive alienis, numero ipsorum [non] expresso seu expressato pro ipsius custodia, sed pro ipsius domini Mirapiscis libito voluntatis.

II. Item super eo quod, cum dictus dominus Mirapiscis, tanquam dominus temporalis dicte civitatis Mirapiscis, tam de iure quam etiam approbata consuetudine, teneatur habere et tenere claves fortalitii ipsius civitatis Mirapiscis et ipsum fortalitium claudere et aperire de die et nocte, tanquam dominus singularium naturalis directus, et proprie tenens pro suo libito voluntatis, easdem tradere consulibus ipsius civitatis aut aliis singularibus eiusdem civitatis aut aliis personis, prout eidem domino Mirapiscis placuerit, que easdem

(1) Le copiste a dû omettre des mots dans ce passage, dont le sens est obscur.

claves recognoscant se tenere a dicto domino Mirapiscis in custodia seu commenda, predicti tamen consules indebite tenent dictas claves occupatas et easdem tradere, ut tenentur, recusant, et contradicunt dicto domino Mirapiscis ;

Parte vero dictorum consulum et habitantium Mirapiscis in contrarium dicente quod non tenentur custodire castrum seu fortalitium dicti domini Mirapiscis, sed quod ipse, per se vel vassallos suos, dictum fortalitium et castrum custodiat et excubias faciat, potissime cum ipsi consules et habitantes dicte civitatis necessario habeant custodire dictam civitatem Mirapiscis et eius fortalitium, ubi se et bona sua conservant, et de die et de nocte, curaque vigili, ad dictam civitatem et fortalitium custodiendum, necessario oporteat pacare et intendere, nec possint dicte civitati et castro dicti domini Mirapiscis perfecte intendere sine dampno et periculo dicte civitatis, cum sint pauci homines habitantes in eadem, nec commodo possent deservire duobus fortalitiis supradictis.

III. Item dicunt, super facto clavium fortalitii dicte civitatis, quod ipsi dictas claves habent et detinent de voluntate, licentia, mandato et expresso consensu domini nostri Francorum regis et eius gentium, quare dictas claves dicto domino Mirapiscis tradere non debent, sine licentia dicti domini nostri Francorum regis et gentium suarum.

IV. Item super eo quod dicti consules Mirapiscis dicebant proclamationem, corratagium, pondus ville Mirapiscis, et emolumenta eorumdem ad ipsos omnino pertinere ;

Dicto domino Mirapiscis contrarium asserente et dicente dictos pondus, corratagium, proclamationem et eorum emolumenta ad ipsum, tanquam verum dominum dicti loci, et non ad alium, omnino et totaliter pertinere.

V. Item super eo etiam quod dictus dominus Mirapiscis quam plures et diversas expensas fecerat tam in Francia quam in Carcassona et coram domino nostro rege et eius curia Parlamenti, et etiam in curia dicti domini senescali Carcassone, que ascendebant ad valorem trium milium Francorum auri et ultra, in quibus sperabat dictus dominus Mirapiscis dictos consules, universitatem et singulares eiusdem eidem teneri ; quam summam petebat per dictos consules et singulares sibi exsolvi.

VI. Item super eo etiam quod, cum aliqui olim habitatorum dicte civitatis Mirapiscis vellent redire ad dictam civitatem Mirapiscis pro mansione facienda, quod possint ibi redire cum eorum bonis, sine quocunque impedimento ;

Tandem dicte partes et, etiam quelibet, videlicet : dictus dominus Rogerius Bernardi de Levis, miles, dominus Mirapiscis, pro se, heredibus et successoribus suis, presentibus et futuris, ex una parte, et Iacobus Vigarosi, Guilhermus de Trazeriis, consules, ut dixerunt et asseruerunt, universitatis, civitatis et ville Mirapiscis, pro ipsis et Petro Plas, coconsule eorum, et nomine totius universitatis Mirapiscis et singulorum de eadem, et etiam ut singulares eiusdem ville et civitatis Mirapiscis, et Arnaldus Sibrasii, Stephanus Pelicerii, Ramondus Savane, Dominicus Vinhas, Petrus Andre de Valias, Ramondus de Monte Auriolo, iunior, Ramondus Olibe, Ioannes Ramondus, Philippus de Pinalto, Petrus Gayroserii, Guillelmus Guidelha, Arnaudus Boye, Ioannes Bessoti, Ioannes Catalani vel Lumenadas, Ioannes Massati, Bernardus de Solhiano, Ioannes de Domibus, Iohannes Besso, Iohanes Mathei, Arnaldus Senessa, Petrus Gauterii, Guillelmus Rocati, Ioannes Aias, Arnaldus Sirerii, Bernardus Auterii, Ioannes Therena, Arnaudus Borde, Poncius Ramundi Athonis, Iohannes Eleri, Petrus Amelii, Petrus Rogerii, Iacobus Iacomini, magister Petrus Olibe, Guillelmus Stobilonis, Rogerius Pignerii, Guillelmus Bonnaud, Ioannes Fogas, Petrus Leugerii, Ramondus Cassanha, Petrus Gilaberti, Rogerius Gilbernha, Iacobus Medici, Guillelmus Fabri, Seralenius, Ramondus Poncii, Petrus Mestre, magister Ramondus Gilbernha, Guillelmus Borrelli, Guillelmus Catalani, Iacobus Costinerii, Guillelmus Clerici, Ioannes Cazalx, Stephanus Ioannis, magister Ioannes de Podio, Ioannes Lebraterii, magister Hugo de Trazeriis, Petrus Pinoti, singulares homines dicte civitatis et ville Mirapiscis, maiorem et saniorem partem hominum et habitantium dicte civitatis, ut dixerunt, facientes, pro se et omnibus aliis habitantibus et singularibus dicte civitatis Mirapiscis, protestato, penitus et ante omnia, per dictos consules superius nominatos, pro se et Petro Plas, coconsule eorum, et etiam per alios singulares supra nominatos, pro se et tota universitate dicte ville et civitatis Mirapiscis et singulorum de ea, quod infrascriptam trans-

actionem, accordum et amabilem compositionem, fecerunt et facere intenderunt, cum voluntate, licentia et auctoritate domini nostri Francorum regis, et eius metuendissimorum dominorum Parlamenti Parisiensis ipsius domini nostri regis [curiam] tenentium et cum eorum benevolencia, communibus amicis intervenientibus, et specialiter et expresse, reverendo in Christo patre et domino, domino Arnaldo (1), Dei gratia, permissione divina, episcopo Mirapiscis, dicte partes, ut superius nominate, gratis et ex certa scientia, supradictis debatis superius expressatis, et aliis dependentibus ex eisdem, tam pro se quam pro successoribus suis, constitute ante presentiam dicti domini episcopi Mirapiscis, meique, notarii, et in testium infra scriptorum presentia, dolo, vi, metu aut falsa suggestione alicuius persone seu personarum, ad hoc non inducte, sed sua propria et liberali voluntate penitus, habito diligenti consilio et tractatu cum pluribus et diversis tam in iure peritis quam aliis honestis personis, pacem diligentibus, ut ibidem dictum fuit, attendentes quod eventus litium dubii sunt et quod questiones et lites insurgunt, contentiones augentur, querele crescunt et ex litibus lites oriuntur, et interdum cum nodus dissolvi creditur, per lites magis crescit et fortius innodatur, et in dubiis litium via communis est eligenda, et quod melius est debata huiusmodi per medium transactionis pacificari quam fines litium expectare, cum sit somptuosum et quasi intolerabile expendere se et sua bona pro dictis litibus prosequendis, cum hoc presenti publico instrumento, nunc et in perpetuum valituro, super predictis omnibus et singulis et dependentibus ex eisdem, transigerunt, pacificarunt, convenerunt et concardarunt, ut sequitur :

Conditions acceptées par les consuls, les habitants et le seigneur de Mirepoix, à titre de transaction.

Primo enim transigerunt, pacificarunt, convenerunt et concordarunt :

I. Quod dictus dominus Rogerius Bernardi de Levis, miles,

(1) Arnauld II de la Trémoille, évêque de Mirepoix de 1377 à 1394. Voir Eubel, *Hierarchia catholica ;* Abbé Blazy, *Liste des évêques de Mirepoix,* publiée d'après Eubel dans le *Bulletin de la Société Ariegeoise des Sciences, Lettres et Arts*, t. VIII, p. 414. La mention du *Gallia christiana* sur cet évêque est très sommaire, t. XIII, p. 271.

dominus Mirapiscis, pro se et successoribus suis, presentibus et futuris, concessit dictis consulibus et universitati ville et civitati, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint, quod illi qui antiquis temporibus et quicumque alii qui fuerint habitatores dicte civitatis Mirapiscis et alibi extra civitatem se transtulerint pro mansione seu habitatione alibi facienda, possint redire ad dictam civitatem Mirapiscis pro mansione deinde facienda, cum eorum liberis, uxoribus et familia, et bonis mobilibus quibuscumque, libere et sine contradictione quacumque.

II. Et si contingeret quod aliquis aut aliqui de dicta civitate Mirapiscis vellint recedere et domicilium alibi facere extra dictam civitatem Mirapiscis, quod possint impune, cum uxore et familia, et omnibus bonis suis mobilibus, sine quocumque impedimento per dictum dominum Mirapiscis aut suos successores aut eius gentes faciendo, dumtamen dicti, se volentes alibi transferre, aliquid non debeant de arreragiis unius franchi auri eisdem singularibus et habitantibus dicte civitatis pro foco indicendi, et de aliis iuribus et redditibus ad ipsum dominum Mirapiscis pertinentibus.

III. Item quod super custodia castri dicti domini Mirapiscis et eius excubia, prenominati consules, pro se et nomine dicte universitatis et singulorum de eadem, promiserunt dicto domino Mirapiscis quod octo homines dicte civitatis Mirapiscis excubiabunt et excubias facient qualibet nocte, perpetuo, bene et fideliter et diligenter, in dicto suo castro Mirapiscis; et quod dictus dominus Mirapiscis, seu ejus capitaneus dicti castri dictos octo homines, pro faciendo dictas excubias, qualibet nocte recipiet, dumtamen sufficientes sint ad faciendum dictas excubias, et quod dictus dominus Mirapiscis, ex nunc in antea, seu eius successores non possint seu valeant a modo compellere seu mandare aliquos alios, nisi solum dictos octo homines pro dictis excubiis faciendis in dicto suo castro, qualibet nocte.

IV. Ad quos (1) dictus dominus Mirapiscis consensit quod dicti octo homines qualibet nocte excubient, salvo (*sic*) tamen et retento sibi decem hominibus, servitoribus et officiariis dicti domini Mira-

(1) *Ad quos*, la promesse est faite par le seigneur aux consuls et aux habitants qui font accord avec lui.

piscis in dicta civitate Mirapiscis moram trahentibus, quos voluit esse de dicta excubia exemptos, acto etiam inter eos expresse quod dicti consules et universitas et singuli de eadem ad illum finem [attendant] potissime quod dictus dominus Mirapiscis habeat solum dictos octo homines de dicta universitate civitatis Mirapiscis pro custodia dicti sui castri, et non plures.

IV. Dicti consules et universitas et singuli de eadem dabunt, perpetuo, dicto domino Mirapiscis et eius successoribus unum francum auri boni et fini, recti ponderis, de cugno et lege domini nostri Francorum regis, seu eius valorem, pro singulis focis seu hominibus ipsius civitatis et distractus eius focum vel larem facientibus seu fruentibus in eisdem ; nunc et in futurum, dicto domino Mirapiscis et suis, perpetuo, exsolvent quolibet anno, in festo Omnium Sanctorum. Et si contingeret augmentari dictum numerum focorum vel diminui, quod solvant (1), pro his solum, qui solvere veraciter reperientur, focum et larem facientes in dicta civitate et eius distractu.

V. Item super facto clavium fortalitii dicte ville et civitatis Mirapiscis, fuit actum et transactum inter dictas partes quod dicti consules et alii singulares, superius nominati, pro se et dicta universitate et singulis de ea, promiserunt dicto domino Mirapiscis quod ipsi tradant, toties quoties fuerint mandati vel requisiti per dictum dominum Mirapiscis, claves fortalitii dicte civitatis Mirapiscis dicto domino Mirapiscis seu alteri, eius certo mandato, tenendas, regendas et gubernandas, aperiendo et claudendo de die et de nocte dictum fortalitium, et eumdem gubernando per dictum dominum Mirapiscis vel deputandum ab ipso, expensis tamen dictorum consulum et universitatis et habitantium in eadem.

Protestato prenominatis per dictum dominum episcopum Mirapiscis quod per predicta non intendebat derogari iuri, sibi et ecclesie sue Mirapiscis competenti in custodia clavium ecclesie sue Mirapiscis, que nunc pro fortalitio habetur in eodem loco ; imo omne ius, quod habebat in eisdem, sibi reservabit.

Cui quidem protestationi dictus dominus Mirapiscis non concessit quatenus sibi et iuri suo preiudicari posset ; imo, in quantum potuit, contradixit.

(1) *Quod solvant*, régulièrement il faudrait *quod solvatur* [*franchus auri*] *per hos solum*....

VI. Item fuit actum inter dictas partes et concordatum quod dicti consules et universitas et singulares eiusdem, habitantes ipsius ville et civitatis Mirapiscis, qui nunc sunt et pro tempore fuerint, dent et solvant, dareque et solvere teneantur dicto domino Rogerio Bernardi de Levis, militi, domino Mirapiscis, pro expensis per ipsum dominum factis in prosecutione dictarum causarum et litium, tam apud Carcassonam quam in Francia et alibi, nonagintos francos auri seu novies centum francos auri, boni et fini, et recti ponderis, de cugno et lege dicti domini nostri Francorum regis, nunc cursum habentes, seu eorum valorem, uno semel, eidem domino Rogerio Bernardi de Levis, domino Mirapiscis, solvendos per solutiones infra scriptas, videlicet : in medio instantis mensis maii proxime futuri, centum quinquaginta francos auri seu eorum valorem, et in festo sancti Michaelis, mensis septembris proxime futuri, quinquaginta francos auri, et anno revoluto, in sequenti festo beati Michaelis septembris, alios centum francos, et sic de anno in annum, quolibet anno revoluto, in dicto festo beati Michaelis mensis septembris, eidem domino Rogerio Bernardi de Levis, domino Mirapiscis, alios centum francos auri, donec et quousque de quingentis francis auri dicte summe fuerit eidem domino Rogero Bernardi de Levis, domino Mirapiscis, et suis, plenarie et integre satisfactum. Alios vero quindringentos francos auri, restantes ad solvendum de dicta summa noningentorum francorum auri, solvent dicti consules et singulares dicte civitatis Mirapiscis personis, quibus dictus dominus Mirapiscis voluerit et ordinaverit, et hoc terminis et solutionibus quibus ipse dominus voluerit et ordinaverit.

VII. Item fuit actum et inter dictas partes concordatum quod prenominati consules Mirapiscis et singulares eiusdem promiserunt dicto domino Mirapiscis, valida et solempni stipulatione valata, quod ipsi habebunt et habere procurabunt, cum effectu, ut citius poterunt, dolo, fraude et malitia cessantibus quibuscumque, eorum propriis expensis, licentiam et auctoritatem a dicto domino nostro Francorum rege et a dictis dominis eius Parlamentum tenentibus, et [ab] aliis quorum intererit, presens accordum et transactionem vel aliud magis utile [instrumentum] faciendi cum dicto domino Mirapiscis, de omnibus litigiis et causis pendentibus in curia Parlamenti Pari-

siensis ipsius domini nostri regis inter dictos dominum Mirapiscis, ex una parte, et dictos consules et singulares universitatis Mirapiscis, ex altera.

VIII. Item fuit actum inter dictas partes et concordatum quod dicte partes et quelibet earum renunciabunt ex nunc et in antea, litibus, causis et questionibus vertentibus in dicta curia Parlamenti, in curia domini senescali Carcassone, et alibi, coram quibuscumque commissariis. Quibus et cuilibet earum, in quocumque statu sint, expresse, tenore presentis instrumenti, renunciarunt, posito quod de statu earum, in presenti instrumento , nulla fiat mentio specialis, presenti instrumento, accordo et transactione in suo robore et efficatia perpetuo permanente.

IX. Dicti autem Iacobus Vigarosi, Guillelmus de Trazeriis, consules anni presentis, dicte ville et civitatis Mirapiscis, pro ipsis et Petro Plas, eorum [co]consule, et nomine totius universitatis eiusdem ville et civitatis, et etiam ut singulares ipsius ville et etiam singulares et habitantes dicti loci supra et infra nominati..... (1), pro ipsis et aliis singulis eiusdem habitantibus in eadem civitate et villa Mirapiscis, premissa omnia et singula superius acta, pacificata, transacta et concordata, rata et grata habentes et ea, quantum in ipsis, ratificantes et approbantes pro ipsis et suis heredibus et successoribus universis, presentibus et futuris, habitantibus in dicta villa et civitate Mirapiscis, promiserunt egregio et potenti viro, domino Rogerio Bernardi de Levis, militi, domino Mirapiscis, ibidem presenti, pro se et suis heredibus et successoribus universis, presentibus et futuris, stipulanti el recipienti, dare et solvere eidem et suis, annuatim in festo Omnium Sanctorum, unum francum auri predictum seu eius valorem, pro singulis focis, seu hominibus habitantibus in dicto loco, focum et larem facientibus seu tenentibus in dicta civitate Mirapiscis et distractu eiusdem, qui nunc sunt et pro temporibus futuris fuerint.

Si augmententur aut decrescant, plus secundum augmentum vel decressum eorum ; et si diminuantur, minus iuxta diminutionem

(1) Nomenclature d'habitants de Mirepoix, dont les noms ont été donnés plus haut, p. 269.

eorumdem, habito respectu ad verum numerum eorum, iuxta formam accordi et transactionis predictorum superius factorum.

XI. Item promiserunt sibi reddere et tradere claves fortalitii dicte civitatis et ville Mirapiscis, et hoc de die in diem, ad sui mandatum et voluntatem.

XII. Item promiserunt sibi et suis dare et solvere summam nongentorum francorum auri pro expensis per ipsum factis in prosecutione dictarum causarum et litigiorum. Quam quidem summam dictorum noningentorum francorum, auri boni et fini, et recti ponderis, de cugno et lege domini nostri Francorum regis, nunc cursum habentes (*sic*), seu eorum valorem, sibi et suis dare et solvere promiserunt per hos terminos, videlicet : in medio instantis mensis maii proxime futuri, centum quinquaginta francos auri seu eorum valorem, et in festo sancti Michaelis, mensis septembris proxime futuri, quinquaginta francos auri et, anno revoluto, in alio sequenti festo beati Michaelis mensis septembris, alios centum francos auri ; et sic de anno in annum, quolibet anno revoluto, in dicto festo beati Michaelis mensis septembris, eidem domino Rogerio Bernardi de Levis, domino Mirapiscis, et suis, alios centum francos auri, donec et quousque de quingentis francis auri dicte summe fuerit eidem domino Rogerio Bernardi de Levis, domino Mirapiscis, et suis plenarie et integre satisfactum. Alios vero quadringentos francos auri, restantes ad solvendum de dicta summa noningentorum francorum auri, solvent et solvere promiserunt dicti consules et singulares dicte civitatis Mirapiscis personis, quibus dictus dominus Mirapiscis voluerit et ordinaverit, et hoc terminis et solutionibus quibus dictus dominus Mirapiscis voluerit et ordinaverit.

XIII. Promiserunt reddere et restituere eidem domino Mirapiscis et suis omne dampnum, gravamen, interesse et expensas, quod et quas pro predictis omnibus et singulis faciet, substinebit in clamore curie vel aliter quovismodo, de quibus sibi et suis credi voluerint, solo simplici verbo, absque testibus et iuramento et probatione aliquali.

XIV. Item promiserunt dicti consules et singulares quod procurabunt, cum effectu, ut citius poterunt, dolo, fraude et malitia cessantibus quibuscumque, habere licentiam et auctoritatem a domino

nostro Francorum rege et a dictis dominis eius Parlamentum tenentibus, et aliis quorum intererit, presens accordum et transactionem faciendi de omnibus litigiis et causis pendentibus in Parlamento Parisiensi ipsius domini nostri Francorum regis inter ipsos, ex parte una, et dictum dominum Mirapiscis, ex altera, et si sit opus, presentem accordum et transactionem ratificandi et ratum habendi.

XV. Quibus omnibus et singulis mediantibus, dicti consules et singulares, superius nominati, quantum in ipsis est, ex nunc in antea, dictis questionibus, litibus, causis et controversiis, pendentibus et vertentibus in dicta curia Parlamenti domini nostri Francorum regis, et cuilibet earum, et omnibus aliis, tam in curia domini senescali Carcassone quam coram quibuscumque commissariis, quamvis auctoritate deputatis, dicti consules et singulares, superius nominati, expresse renunciarunt, certiorati de iure ipsorum penitus, et edocti in quocumque statu sint, posito quod de statu causarum non fiat mentio specialis et nullius esse voluerint efficacie seu valoris, presenti instrumento, accordo et transactione in suis robore et efficacia perpetuo permanente.

XVI. Et nihilominus super eo quod dicti consules petunt omnes penas per dictum dominum Mirapiscis, seu eius officiarios, impositas et declaratas, et omnia crimina, per ipsos commissa a tempore litigiorum predictorum eis remitti, et quascumque informationes super hoc factas cassari penitus et nullari ;

XVII. Item super eo quod petunt proclamationem sive cridas in dicto loco, et pondus sive pondera quarumcumque rerum, et corratagium dicte civitatis et ville Mirapiscis eisdem reddi et restitui seu per dictum dominum Mirapiscis tradi, necnon et privilegia, exitus terre, et omnia alia priviliegia ville et civitatis dignaretur eisdem conservare ;

XVIII. Super quibus, consules predicti et singulares Mirapiscis voluntati et ordinationi dicti domini Mirapiscis se submiserunt. Pro quibus omnibus et singulis universis tenendis, servandis, attendendis et complendis ac deducendis integraliter ad effectum, dicti consules et singulares, superius nominati, pro se et Petro Plas, eorum coconsule, et aliis singularibus eiusdem civitatis, obligarunt omnia bona dicte universitatis, et etiam sua propria et

singulorum de eadem, ubique presentia et futura, volentes ad hoc se compelli per quamcumque curiam, ecclesiasticam vel secularem, quam dictus dominus super hoc Mirapiscis eligendam duxerit (1).

. . . . . .

XIX. Et ut omnia et singula superius expressata teneant, servent, attendant et compleant et in nullo contraveniant, super sancta quatuor Dei evangelia ab ipsis et quolibet ipsorum corporaliter tacta, sponte iurarunt (2).

XX. Dictus autem dominus Rogerius Bernardi de Levis, miles, dominus Mirapiscis, pro se et suis heredibus et successoribus, presentibus et futuris, dictam transactionem, et omnia alia superius acta, pacificata, transacta et concordata, rata et grata habens, et ea, quantum in ipso est, pro se et suis heredibus et successoribus universis, presentibus et futuris, ratificans et approbans, voluit et concessit dictis consulibus Mirapiscis et universitati eiusdem et singulis de ea, qui nunc sunt et pro tempore fuerint, quod illi qui antiquis temporibus et quicumque alii qui fuerint habitatores dicte civitatis Mirapiscis et alibi extra dictam civitatem se transtulerunt pro mansione seu habitatione facienda, possint redire ad dictam civitatem Mirapiscis, pro mansione ibidem facienda, cum eorum liberis, uxore, filiis et filiabus, familia, et bonis mobilibus quibuscumque, sine quocumque impedimento.

XXI. Et si contingeret quod aliquis vel aliqui de dicta civitate vellent recedere et suum domicilium alibi transferre extra dictam civitatem Mirapiscis et eius distractum, concessit et voluit quod possint recedere libere et impune cum uxore, liberis, filiis et filiabus, et omnibus bonis mobilibus, sine quocumque impedimento per ipsum seu gentes suas faciendo, dumtamen dicti volentes alibi transferre domicilium suum nihil debeant de arreragiis unius franchi auri, sibi promissi per dictos consules et singulares Mirapiscis pro singulis focis, [seu hominibus] habitantibus in eadem [civitate] et nihil debeant de aliis iuribus et redditibus suis ad ipsum et successores suos pertinentibus.

XXII. Item dictus dominus Rogerius Bernardi de Levis, miles, domi-

(1) Formules de validation sous forme générale et d'usage commun.

(2) Il s'agit des consuls et des habitants de Mirepoix.

nus Mirapiscis, pro se et successoribus suis, dictos (*sic*) consules (1), homines et habitantes dicte civitatis Mirapiscis et eius distractus, et singulares de eadem, cum dicta promissione dictorum octo hominum dicte civitatis et habitantium in eadem, bonorum et sufficentium, quod, qualibet nocte, pro excubia facienda in dicto castro suo Mirapiscis, et mediante dicta finantia seu promissione sibi facta unius franci auri pro singulis focis dicte civitatis, et mediante retentione superius facta, per quam retinet decem homines de servitoribus et officiariis suis habitantibus in dicta civitate, per eum seu successores suos eligendos, dictis consulibus et universitati et singularibus de eadem remisit alia que sibi facere tenebantur, qualibet nocte, pro excubia facienda in dicto suo castro Mirapiscis.

XXIII. Item idem dominus Rogerius Bernardi de Levis, dominus Mirapiscis, mediante dicta finantia per eos sibi oblata de dictis mille quingentis francis auri, (de quibus eisdem gratis remisit et quitavit sexcentos francos auri, et sic restant noningenti franci) pro expensis per ipsum factis, ratione prosecutionis dictarum causarum, litium et questionum vertentium tam in curia dicti senescalli Carcassone quam coram domino nostro Francorum rege et eius dominis gentibus Parlamenti, quam alibi coram diversis aliis commissariis ad hoc deputatis, cum dicta summa dictorum noningentorum francorum auri reputavit se contentum.

XXIV. Dictos consules et universitatem et singulares de ea, si ad plus vel magis sibi teneantur ultra dictam summam, absolvit et quitavit, et omnem iniuriam et offensam, si quam sibi fecerint in prosecutione dictarum causarum et litium, eisdem liberaliter et gratiose remisit.

XXV. Item dictus dominus Rogerius Bernardi de Levis, miles, dominus Mirapiscis, voluit, et dictis consulibus et singularibus civitatis et ville Mirapiscis concessit quod omnis incola et habitator dicte ville et civitatis Mirapiscis, qui nunc est et pro tempore fuerit et in dicta civitate habitaverit, transeat et transire possit et valeat, libere et

(1) A moins que le scribe n'ait omis quelques mots, qui justifieraient la présence de l'accusatif, il y a une faute : il faut, avec le régime indirect, le datif : *dictis consulibus, hominibus et habitantibus dicte civitatis Mirapiscis et eius distractus et singularibus de eadem.* Ces mots sont, du reste, répétés, plus bas, sous cette forme, avant *remisit* (11e ligne).

absque solutione aliquali, per navim constructam et construendam per dictum dominum Mirapiscis vel suos in flumine Ireii, tandiu et quousque pons fuerit in dicto flumine Ireii constructus et edificatus per dictum dominum vel suos.

XXVI. Item mediantibus omnibus predictis litibus, contestationibus et debatis vertentibus seu pendentibus coram domino nostro Francorum rege seu dominis eius Parlamentum Parisiense tenentibus, seu coram quibuscumque commissariis super hoc deputatis, et etiam in curia domini senescali Carcassone et alibi, tenore publici presentis instrumenti, [dictus dominus] renunciavit et nullius esse voluit efficacie seu valoris, presenti instrumento et transactione in suis robore et efficacia perpetuo duraturo.

XXVII. Que promisit [dictus dominus] tenere, servare, attendere et complere in sua propria bona fide.

Volentes dicte partes, et earum quelibet, et michi, notario infra scripto, licentiam et autoritatem concedentes hoc presens instrumentum faciendi, ordinandi, dictandi, corrigendi et emendandi addendique et diminuendi ad notitiam, ordinationem et dictamen cuiuslibet sapientis vel sapientium, cum clausis et renunciationibus iuris utriusque canonici et civilis.

. . . . . .(1)

De quibus omnibus et singulis dicte partes, et earum quelibet, petierunt sibi fieri publicum instrumentum seu publica instrumenta per me, notarium infrascriptum.

Acta fuerunt hec (2) in dicto castro Mirapiscis, in presentia et testimonio Stephani de Biroco, scutiferri, domini episcopi predicti, Philippi de Levis, filii alterius Philippi (3) de Bastida Congusti, Bernardi Petri de Ferenterio, Ioannis Garaudi, Bernardi de Fraxino, iunioris,

(1) Formules d'usage commun, qu'on retrouve trop souvent pour qu'il soit utile de les répéter.

(2) La date, 9 avril 1381 (n. s. 1382), est en tête de l'acte. Voir plus haut, p. 265.

(3) Ce Philippe de Lévis, seigneur de La Bastide-de-Congoust, (aujourd'hui La Bastide-sur-l'Hers) était fils naturel de Jean de Lévis Ier, seigneur de Mirepoix. Cette branche a dû disparaître promptement, du moins on n'en trouve plus trace après la seconde génération. Voir l'*Inventaire historique et généalogique des documents de la branche Lévis-Léran*, archives du château de Léran, t. I, p. 114.

Berengarii de Sancto Felice, scutiferrorum dicti domini, et mei, Bertrandi Garini, iunioris, clerici, de Rupe Ulmesii publici auctoritate regia notarii, qui, requisitus, hanc cartam recepi et in duabus peciis pargameni simul sutis . . . . . et in hanc publicam redegi et signo meo signavi.

. . . . . .(1)

Extrait de son original grossoyé, duement collationé par nous deux, notaires rouyaulx soubzsignés, *Danhioulet, Bories,* notaires, ensin signés.

Collationné sur l'original par nous, Pons de Vanides, docteur ez droictz, juge pour le roy, nostre sire, en son pariatge de Dun, Malagoude et de Sainct-Pastou, suyvant la commission à nous dressée par Messieurs tenans les Requestes du palays à Thoulouze, à ce duemant appelés les syndic et consuls de Mirapoix, comme à plain est contenu en nostre procès verbal cy attaché. En foy de quoy, nous sommes soubz signé et avons fait signer Michel Vézian, clerc, soubz nous escrivant. *Pons Devanides,* juge commissaire susdit, *Vézian,* par commandement de mondit sieur commissaire, ensin signé.

Ce document est tiré, non des archives de Léran, mais des archives municipales de Mirepoix ; il n'existe pas en original, mais en copie, sur un cahier de papier in-4°. La copie, non datée, est d'une écriture qui dénote le milieu du XVI[e] siècle (2) ; en certains endroits, le texte offre quelques lacunes et contient des erreurs de transcription, nuisibles à la clarté du sens. Il existe une copie de cet acte aux archives de Léran. *Fonds Lévis-Mirepoix.* Liasse A 3, n° 35.

(1) Formules d'usage commun.

(2) Le magistrat, qui a certifié la collation de la pièce, est Paul Vanides, juge mage royal au paréage de Mirepoix. En 1541, on trouve un Claude Vanides, conducteur des bois sur les voies flottantes pour l'approvisionnement de Toulouse, soutenant un procès au Parlement contre le seigneur de Mirepoix, Philippe de Lévis. — (Archives du château de Léran, t. II, p, 930. Minute du procès de 1541. *Fonds Lévis-Léran.* Liasse A 27, n° 4).

DOCUMENTS COMPLÉMENTAIRES

I. *Accord entre Jean de Lévis V, seigneur de Mirepoix, et les habitants de cette ville, au moment où ils lui prêtèrent serment de fidélité lors de son avènement. — Énumération des libertés confirmées aux habitants par le seigneur et des droits reconnus au seigneur par les habitants.*

Renonciation par le seigneur et les habitants de Mirepoix aux procès qu'ils soutenaient les uns contre les autres.

Mirepoix, 5 juin 1493. (Archives de Léran.)

II. *Lettres patentes de Louis XII rétablissant à Mirepoix, entre le roi et le seigneur Jean de Lévis V, le paréage racheté par ledit seigneur, mais que les habitants, au moyen d'une imposition, permirent au roi de reprendre en indemnisant ledit seigneur.*

Reconnaissance et confirmation par le roi des privilèges et libertés dont jouissaient les habitants de Mirepoix, Lyon, juillet 1500. (Archives départementales de la Haute-Garonne, section judiciaire, Parlement de Toulouse : *enregistrement des Édits, etc.*, B 1908, (X[e] registre de la collection), f° CLXX-CLXXV *v°*.)

III. *Établissement à Mirepoix d'un marche hebdomadaire et de quatre foires annuelles par lettres patentes* (1) *de François I[er]*, 1529-1530. (Archives municipales de Mirepoix.)

IV. *Requête présentée au Conseil du roi par les habitants de Mirepoix :*

1° pour être admis à faire rétablir dans leur ville le paréage, après avoir remboursé à leur seigneur Philippe de Lévis, la somme par lui dépensée pour l'amortir.

2° pour obtenir la confirmation de leurs privilèges. 20 juin 1577. (Archives départementales de la Haute-Garonne. B 1908, *v°*, f° CLXXVI.)

V. *Arrêt* (2) *du Conseil du roi admettant la requête des habitants de Mirepoix pour le rétablissement du paréage après le remboursement au seigneur.* Châtellerault, 28 juin 1577. (Arch. départ. B 1908, f° CLXXVI.)

VI. *Lettres patentes d'Henri III rendues, sur la requête des habitants de Mirepoix, au sujet du rétablissement du paréage, et prescrivant la mise en vigueur des lettres patentes de Louis XII citées plus haut.* Poitiers, juillet 1577. (Arch. départ., B 1908, f° CLXXIV, *r°-v°*.)

(1) Nous suivons l'ordre chronologique des pièces ; elles appartiennent à différents dépôts. Lorsqu'en 1577 Henri III, avec le concours des habitants de Mirepoix, s'occupa de racheter le paréage amorti sous François I[er] au profit du seigneur, il fit enregistrer et promulguer les lettres patentes de 1500.

(2) Conformément à l'ordre chronologique, nous plaçons d'abord la requête qui, dans le registre, se trouve à la suite de l'arrêt.

AVERTISSEMENT

Les documents, que nous plaçons à la suite du Cartulaire à titre de complément et de pièces justificatives, sont une des conséquences du paréage (1) conclu, en 1390, au sujet de l'exercice des droits de souveraineté dans le fief de Mirepoix, entre le seigneur Roger-Bernard de Lévis Ier et le roi de France Charles VI. S'il ne s'agissait que des questions relatives au fonctionnement, à la suppression et au rétablissement du paréage, nous n'aurions pas fait usage de ces chartes. Notre intention n'est pas, en effet, d'aborder l'histoire de cette institution qui, acceptée par la royauté, désirée par les habitants, soutenue par le Parlement de Toulouse, combattue par les seigneurs de Mirepoix, a subsisté, à travers des vicissitudes diverses, jusqu'au milieu du règne de Louis XIV.

Les habitants avaient trouvé dans le paréage le moyen de défendre leurs droits et d'en assurer l'accroissement ; la division, qui ne pouvait manquer de faire sentir ses effets entre les officiers du roi et ceux du seigneur, était favorable aux vassaux ; ceux-ci s'appuyaient tantôt sur un parti, tantôt sur un autre, au grand profit de leurs intérêts. Les gens de Mirepoix tenaient à voir l'autorité du roi contrebalancer et affaiblir les pouvoirs du seigneur.

Parfois ce dernier parvenait à rembourser les droits de paréage au roi qui, dans les moments de gêne, consentait volontiers à une opération de ce genre ; la ville de Mirepoix retombait alors directement sous la domination d'un seul maître, et, dans la gestion des affaires, n'avait plus la ressource de recourir à l'intervention des officiers royaux. Pour rétablir l'équilibre des influences, dont ils savaient si bien tirer parti, les habitants s'imposaient une somme au moins égale à celle que le seigneur avait donnée pour le rachat du paréage et l'offraient au roi. Le prince, sur les réquisitions du procureur général près le Parlement de Toulouse et après l'avis du Conseil d'État, acceptait l'argent et contraignait le seigneur à le recevoir. En vertu de lettres patentes émanant de la chancellerie royale, on procédait au rétablissement de l'ancien état de choses, et l'exercice de la juridiction était de nouveau partagé entre les officiers de la Couronne et ceux du seigneur.

(1) Voir plus haut, pp. 201-208, nº XXXVI, le texte du paréage.

Naturellement, en faisant un don au roi, les gens de Mirepoix se proposaient de consolider et d'accroître les privilèges et libertés dont ils étaient en jouissance ; c'était une condition essentielle de leurs offres. Aussi, dans les lettres patentes qui ratifiaient le traité, le roi donnait l'énumération, même détaillée, des libertés et franchises dont il consacrait l'existence. Le document royal peut être assimilé à une charte générale de toutes les coutumes de la seigneurie de Mirepoix, à l'instrument authentique concernant l'organisation intérieure du pays et l'exercice des différentes juridictions. C'est pour ces motifs que nous avons reconnu l'utilité de publier ces actes, surtout ceux de 1493 et de 1500, qui présentent, sous forme de nomenclature, les dispositions éparses dans les actes du Cartulaire.

En 1577, Henri III remit en vigueur les textes déjà confirmés par Louis XII ; nous avons la preuve que les habitants de Mirepoix n'avaient pas cessé de jouir de leurs antiques franchises, même au moment où le pouvoir royal cherchait à son profit à faire disparaître les libertés locales.

Dans les deux chartes de 1493 et de 1500, quoiqu'elles émanent l'une du seigneur, l'autre du roi, les objets traités sont les mêmes ; il s'agit, pour l'un comme pour l'autre en octroyant des privileges, de se faire bien venir des vassaux et de ne pas faire regretter l'ancien maître.

Les dispositions dans les deux chartes concernent principalement :

I. Régime des personnes. — Liberté individuelle, garantie contre les arrestations arbitraires ; droits de tester ; héritages recueillis *ab intestat ;* faculté de changer de domicile ; inviolabilté des demeures.

II. Régime des biens. — Expropriation par autorité de justice ; dettes ; saisie ; vente des gages.

III. Organisation communale et judiciaire. — Élection des consuls, leurs attributions ; police municipale ; denrées ; taxes ; poids et mesures ; baile ; conseil de ville, juridiction consulaire, juge mage.

IV. — Organisation financière. — Impôts sur le revenu ; redevances sur les denrées ; exemption de la leude pour les habitants.

V. — Droits féodaux. — Four banal ; réparations aux fortifications ; foriscape, etc.

VI. — Droits des vassaux. — Jouissance de forêts pour la dépaissance ; liberté, avec plus ou moins de réserves, pour la pêche et la chasse ; usage d'un bac sur la rivière de l'Hers, etc.

I. *Accord entre Jean de Lévis V, seigneur de Mirepoix, et les habitants de la seigneurie.*

5 JUIN 1493.

In nomine Domini Nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi et singuli seriem presentis publici instrumenti inspecturi, lecturi seu audituri, quod, cum, per obitum, inclite recordationis, quondam domini Iohannis de Levis, militis, domini, dum viveret, baronie Mirapiscis, de Garda et de Podio Viridi, ac locorum, pertinentiarum et dominationum ipse baronie Mirapiscis adiacentium, successio et hereditas universalis ipsius quondam domini Iohannis ad nobilem et potentem virum dominum Iohannem de Levis, marescallum Fidei, senescallum Carcassone et Bitteris, tanquam filium et heredem universalem eiusdem quondam domini Iohannis, pervenissent et pertinuissent pleno iure et integraliter, pertineantque et spectent sine diminutione quacumque, propter quod consules, nomine universitatis Mirapiscis, eidem domino Iohanni, heredi universali predicto, iuramentum fidelitatis, quod a vassallis et subditis dominis feudalibus et iuridictionalibus prestari solitum est, prestiterint, prout et quemadmodum constat instrumento publico super hoc confecto, recepto per magistrum Bertrandum Caterii, notarium publicum, habitatorem civitatis Mirapiscis, sub anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio, et die decima septima mensis aprilis, cumque per dictorum consulum, nomine universitatis predicte, partem, et ad eorum requestam, requisitum fuisset et instanter supplicatum eidem domino marescallo, tanquam filio et heredi universali predicto, quatenus, vicem dictis consulibus reddendo, quemadmodum dominus vassallis et subditis suis vicem reddere debet et tenetur, iuramentum prestaret et prestare dignaretur, de ipsam universitatem et singulares illius conservando, defendendo et protegendo, quemadmodum bonus dominus subditos suos protegere, defendere et conservare debet et tenetur, deque confirmandis, continuandis et corroborandis privilegiis, libertatibus

et franchesiis universitatis predicte Mirapiscis et singularium de eadem, et licet predictus dominus marescallus, filius et heres universalis memoratus, paratus fuisset, ut est dictum, iuramentum prestare, de dictis tamen libertatibus, privilegiis et prerogativis pretensis, de quibus aliàs questiones et controversie fuerunt inter dictum quondam genitorem suum, ex una, et universitatem predictam, ex altera partibus, et adhuc pendent in diversis curiis indecise, specificationem et declarationem a dictis consulibus, nomine universitatis predicte et singularium de eadem, fieri postulavit ut, super illis consilio habito, quod iuris esset et rationis faceret et compleret.

Unde, declaratione dictorum privilegiorum, libertatum et prerogativarum memoratarum per dictos consules, nomine universitatis predicte, tenore plurimorum et diversorum articulorum et capitulorum, per partem eorumdem consulum, nomine iamdicte universitatis, ipsi, domino marescallo traditorum, et specificatorum, longe lateque facta, ipsisque articulis et capitulis per eumdem dominum marescallum lectis et bene intellectis, sicut dixit, hinc est quod, anno nativitatis Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio, et die quinta mensis iunii, christianissimo ac illustrissimo principe et domino nostro domino Karolo, Dei gracia, rege Francorum regnante, in nostrum, notarii, et testium infrascriptorum presentia, existentibus et personaliter constitutis prefato domino Iohanne de Levis, marescallo, filio et herede iamdicto, ex parte una, et providis viris Iohanne de Pulcra Matre, iuniore, Bartholomeo Senessa, Iohanne Costa, Fortono Faget, consulibus, nobili Guillermo de Sarrauta, Iohanne de Pulchra Matre, seniore, Petro Caresme, Stephano Sert, Bernardo Arnaudi, Paulo Traziers, Petro Erneti, Thoma de la Fontayna, Arnaudo Guillermo Amat, Iohanne Scolerii, seniore, Iohanne Scolerii, iuniore, Petro Conte, Raymundo Conte, Guilhelmo des Baus, Iohanne Ganholeti, Iohanne Ricardi, seniore, Bernardo Poncii, Laurentio Prepositi, Petro de Prato, Durando Coste, Iohanne de Casa Veteri, magistro Johanne Archerii, Iohanne de Ginholato, Gastono de Traseriis, Petro de la Sala, Iohanne Guiraudi, Garcia Arnaudi, de Parage, Guillermo Colhati, seniore, de Traseriis, Petro de Lunes, Iohanne Regis, Michaeli Beneti, Guillermo Morichon, Bertrando

Besset, Guillermo Martrota, Bernardo Carrerie, Blasio Alardi, Petro Ganholeti, Guillermo Mort, Iohanne Amati, Antonio Marc, Bernardo Cassanha, Iohanne del Faure. Stephano Merlana, Guillermo Berata, Iohanne Iacobi, Antonio Cantier, Arnaudo Martini, Petro Resseguerii, Antonio Sibran, Arnaudo Mort, Benedicto Caresme, Ludovico Babile, et Michaeli Bosc, singularibus dicte civitatis, Mirapiscis, ex parte alia, ipse dominus Iohannes de Levis, marescallus, filius et heres, dominusque baro iamdictus, gratis et ex eius certa scientia, deliberationeque animi sui, voluntateque sua spontanea et libera, prefatis consulibus, nomine universitatis predicte Mirapiscis, et aliis singularibus de eadem, qui nunc sunt et qui futuris temporibus erunt, privilegia predicta, immunitatesque et libertates iamdictas approbavit, concessit et confirmavit in modum tamen sequentem, infra declaratum et specificatum, prenominatis consulibus et singulis, ibidem presentibus, tam pro se quam nomine totius universitatis predicte et singularium de eadem, presentium et futurorum, stipulantium et recipientium.

In primis siquidem prefatus dominus marescallus, dominus et baro predictus, approbavit, confirmavit, et quatenus opus esset, de novo concessit dictis consulibus et singularibus dicte universitatis Mirapiscis :

I. Quod domum et aream communes in dicta civitate Mirapiscis habere possint et valeant, eorum tamen sumptibus et expensis, ac iure domini dicte domus dicto domino salvo, raupas, capucia de bispartito, videlicet rubei et nigri, vel aliorum colorum honestorum, nunciosque de aliis coloribus vestitos et capuciatos, si dicta universitas seu maior pars illius voluerit, aut consules dicte civitatis pro tempore existentes, eorum propriis sumptibus et expensis, dictas raupas et capucia fieri facere voluerint.

II. Ac etiam sigillum commune pro sigillandis pannis singularium dicte universitatis habere et, pro quolibet sigillo, levare duodecim denarios turonenses, convertendos ad refectionem, constructionem et reparationem murorum dicte civitatis aut aliàs, ad utilitatem dicte universitatis, possint et valeant.

III. Singulisque annis, in vigilia festi Omnium Sanctorum, quatuor probos viros in et de dicta universitate et dicto domino iusticiabiles

et subditos eligere possint in consules, iuxta ritum et observantiam dicte universitatis.

IV. Qui iuramentum in manibus baiuli ipsius domini dicte civitatis solitum et debitum prestabunt.

V. Qui, inquam, consules, prestito dicto iuramento, curam, regimen et administrationem policie dicte civitatis et consulatus eiusdem habebunt tam scilicet super pane, vino, oleo, carnibus et aliis victualibus, aliisque rebus ponderabilibus et mensurabilibus, vendendis et emendis, [quam] super ipsorum victualium provisione universitati et singularibus de eadem danda et expedienda, cum consilio tamen et interventu dicti baiuli seu sui locum tenentis.

VI. Et casu quo controversie, lites, seu debata super dictis pane, vino, oleo et carnibus aliisque victualibus et ad alimenta et victum necessariis, rebusque ponderabilibus et mensurabilibus, superque illorum expositione, pretio, legalitate aut falsitate, ponderibus vel mensuris, aut super aqua pluviali arcenda, seu stillicidiis aut cloacis, moverentur in futurum seu mote existant et pendeant, ipsas lites et controversias summarie et de plano per dictos baiulum et consules dicte universitatis, vocatis procuratore dicti domini et illis quos tanget, expediri et terminari voluit et concessit, penis seu mulctarum declarationibus inde provenientibus dicto domino et suis successoribus applicandis.

VII. Neque possit, per baiulum dicti loci aut alium loco dicti baiuli deputatum seu deputandum, levari pro signatura ponderum aut mensurarum, pro suo labore, nisi tres denarios turonenses, pro qualibet mensura et pondere.

VIII. Et eo casu quo ab ipsis baiulo et consulibus recurreretur seu recursus haberetur in cognitione dictarum causarum, sive per viam appellationis aut in defectu iusticie, voluit idem dominus marescallus, dominus et baro predictus, hoc per iudicem suum ordinarium Mirapiscis summarie et de plano expediri et terminari.

IX. Preterea, consensit et voluit idem dominus quod dicti singulares homines dicte universitatis Mirapiscis possint et valeant octo probos viros dicte universitatis, singulis annis, eligere in consiliarios dictorum consulum pro tempore existentium.

X. Qui quidem consiliarii iuramentum in manibus dicti baiuli

prestabunt et prestare tenebuntur, quod fideles erunt dicto domino et successoribus suis, sanaque et recta consilia, pro posse eorum, dabunt, quotiens fuerunt requisiti et prout hactenus consueverunt, consulibus dicte universitatis, ad profectum, utilitatem, commodum et honorem dicte universitatis.

XI. Et quotiens continget consilium dicte civitatis et universitatis congregari, quod illud possint et valeant congregare, prout consueverunt.

XII. Verum, si consilium generale existat, non possit dictum consilium generale congregari seu congregatum teneri et in eo aliquid concludi, nisi vocato altero ex officiariis dicti domini, nisi consilium generale teneretur et esset congregatum pro subsidiis regiis dividendis seu coequandis ; quo casu, non tenebuntur dicti consules, nomine dicte universitatis, dictos officiaros dicti domini vocare, nisi hoc esset ad requestam dicte universitatis seu partis illius.

XIII. Item voluit et consensit memoratus dominus marescallus, dominus et baro predictus, quod nullus de dicta universitate capiatur seu vinculetur infra compedes et [in] carcerem vinculo ponatur per iudicem, officiarios aut alios mandato ipsius domini, nisi pro causa criminali et de qua pena corporalis esset eidem capto seu capiendo iure infligenda.

XIV. Et eo casu quo esset ad procedendum contra dictos singulares dicte universitatis aut etiam contra consules, nomine ipsius universitatis, sive in debitis fiscalibus sive in debitis ipsius domini, aut in quibuscumque aliis debitis civilibus, voluit et consensit, vultque et consensit idem dominus quod predicti singulares in casibus iamdictis, et ubi hoc fieri de iure aut bona ratione poterit, arrestum seu carcerem custodie teneant et tenere debeant infra domum existentem et sitam in medio platee ipsius civitatis Mirapiscis, aut aliàs in loco tuto et honnesto infra dictam civitatem, et non alibi.

XV. Et pro laboribus et captione dictorum arrestandorum, habebunt executores dicte captionis et comentarienses (1), quilibet, prout in burgo Carcassone est solitum fieri pro captione.

(1) *Geôliers*, voir le glossaire de Durange.

XVI. Vero in casibus capitalibus aut in quibus pena corporalis erit infligenda, reus communis seu capiendus solvet et solvere tenebitur dicto baiulo, pro laboribus persone sue, decem solidos turonenses ; et comentarienses salariabuntur, ut est fieri consuetum in dicto burgo Carcassone.

XVII. Salariaque notariorum taxabuntur, quemadmodum in curia ordinaria dicti burgi Carcassone est consuetum fieri.

XVII *bis*. Item voluit pariter et consensit idem dominus quod nullus de dicta civitate et universitate Mirapiscis possit capi et pro causa criminali incarcerari et vinculari, nisi precedentibus legitimis informationibus, et illis visis et decretatis per iudicem dicte civitatis, litterisque de capiendo manu ipsius iudicis seu sui locum tenentis signatis, nisi in crimine flagranti, seu nisi tanta facinoris seu delicti commissi esset notorietas que solemnitatem predictam non requireret.

XVIII. Et dictus iudex pro decretis ab eo interponendis levare poterit, pro quolibet decreto, iuxta taxationem ordinationum regiarum.

XIX. Item, et ut securius et efficatius indemnitati rei publice, dicte civitatis et universitatis illius consulatur, voluit et consensit memoratus dominus quod ordinationes regie, novissime super facto iusticie in patria Lingue Occitanie per regiam maiestatem ordinate, in dicta civitate et universitate Mirapiscis serventur et custodiantur, secundumque illas singulares dicte universitatis ius et iusticiam petere et consequi ab ipso domino iudiceque suo et officiariis suis possint et valeant, salvo tamen et reservato quod, in questionibus feudalibus, questiones mote et movende inter dictum dominum et universitatem predictam aut singulares de eadem, secundum consuetudines vicecomitatus Parisiensis, decidantur et terminentur.

XX. Et, cum hoc, consensit ipse dominus quod iure prelationis, in bonis seu possessionibus in dicta civitate et consulatu illius vendendis aut aliàs quomodolibet alienandis, non utetur, nisi ad suam necessitatem aut usum dumtaxat, neque etiam maioritate iusti pretii inter venditorem et emptorem conventi seu conveniendi supradicti non permittet [uti], sed conventa super pretio inter venditorem et emptorem observabit.

XXI. Verum si de illo pretio dubitetur, ex parte ipsius domini, quod illud non sit iustum, nominabuntur per ipsum dominum et emptorem duo probi viri, qui res seu rerum venditarum valorem ad iustum pretium taxabunt ; et secundum ipsam taxam tenebitur emptor solvere foriscapium ipsi domino.

XXII. Item quia maior utilitas, que civitati et universitati predicte et singularibus de eadem evenire consuevit, est in et de pascuis seu nutrimentis animalium, idcirco consensit atque voluit memoratus dominus quod dicti consules et singulares dicte civitatis et universitatis gaudeant et fruantur nemoribus et pascuis in et per totum consulatum dicte civitatis et universitatis, exceptis tamen nemoribus de La Belena et locis infra specificatis, et prout et quemadmodum in dictis specificationibus et reservationibus latius continetur et infra subicitur.

XXIII. Quibus quidem consulibus et singularibus dicte civitatis et universitatis dictus dominus concessit quod ipsis pascuis et nemoribus pro eorum animalibus grossis et minutis, cuiuscumque generis sint, ac etiam pro lignis et fustibus faciendis et aliis eorum serviciis, utantur et gaudeant pacifice et quiete, sineque contradictione quacumque. Devesias tamen seu devesa in dictis nemoribus ab ipso domino et suis predecessoribus custoditas et defensas, seu custodita et defensa ac custodiri et defendi solita, cum penarum consuetarum incursibus, sibi et successoribus suis reservavit et reservat.

Que quidem devesa seu devesie vocantur seu nominantur nemora de la Bessa et de Montburguet, ubi sunt duo mansi : locus de *las Gordinas* sive *dels Conils,* locus vocatus *las costas del castel dessus las carrieras ;* preterea, prata nuncupata *del Pesquier* et de *la Lauza.*

XXIV. Que quidem loca seu devesie, pleno iure, dicto domino Mirapiscis pertinent et pertinere consueverunt. Ita quod non licet dicte universitati nec hominibus de eadem, in communi aut in particulari, in dictis nemoribus locis et pratis intrare, causa ligna scindendi, nec animalia quecumque immittendi aut aliàs in dictis locis aliquid faciendi aut explectandi preter aut contra ipsius domini voluntatem.

XXV. In quibus quidem devesis, casu quo contrarium fuerit attemptatum, dictus dominus Mirapiscis, prout consuevit, levabit et

percipiet, seu levare et percipere poterit, pro banno, sexaginta solidos et unum denarium turonensem ; exceptis dictis pratis *del Pesquier et de la Lauza*, in quibus ipse dominus Mirapiscis, prout consuevit, levabit et habebit, pro banno, quatuor denarios turonenses pro grosso animali, et pro animali parvo unum denarium turonensem dumtaxat, sicut dixerunt dicte partes.

XXVI. Item voluit pariter et consensit dictus dominus Mirapiscis quod dicti consules, nomine dicte universitatis, teneant ad eorum utilitatem et commodum :

1° Nemus vocatum *Plenafaia*, quemadmodum huc usque illo usi sunt et per antiquas concessiones eis illo uti permissum et concessum est.

2° Ac etiam mansum, sive boriam, nuncupatum *Sancti Iohannis de Heremo*, alias *de Marsal*, cum suis, pertinentiis, quemadmodum fuit concessum per bone memorie quondam dominum Iohannem de Levis, patrem et genitorem eiusdem domini marescalli.

3° Ac etiam prata nuncupata de *las Conilhieras et de Cambra d'amors*.

4° Et brolia, que sunt in littoribus riparie Yrcii, de loco nuncupato *lo stapado de l' ayga del bezal del moly que va als fremenos prop del camy de Faniaux*, usque ad locum nuncupatum *lo riu de l'Astrica*.

5° Ac etiam loca nuncupata *del riu de Coutiro* usque ad rivum Yrcii et *en lo cementeri*.

6° Ac etiam nemus vocatum *deios lo prat de Monsenhor*, quod tenetur cum riparia Yrcii et cum tenentia Iohannis Cabibelli.

7° Item locum nuncupatum *la Plassa del Iouvent*.

8° Et locum, vulgariter dictum *de las Letanias*, prope bordam Guillermi Subrani et *de las cavas vieilhas*.

9° Item peciam terre nemorosam, vocatam *al Leudari*, prope condaminam Sancte Trinitatis.

10° Et alia loca pertinere consueta dicte universitati.

Salvis tamen in his serviciis et iuribus dicti domini, et quolibet iure alieno.

11° Ac etiam excepto loco, ubi siconie consueverunt convenire, dicto *la Heroniera, ho lo loc dels Herous*.

XXVII. Et, hoc mediante, tenebuntur dicto domino dicti consules, nomine dicte civitatis et universitatis Mirapiscis, et singulares de

eadem debite reficere paxeriam eiusdem domini prato *del Pesquier,* pro una via dumtaxat, ad cognitionem expertorum, eorumdum consulum et singularium dicte universitatis sumptibus et expensis.

XXVIII. Item consensit pariter et voluit dictus dominus quod dicti consules et singulares dicte civitatis et universitatis Mirapiscis et illius veri habitatores sint quitti, liberi et immunes a prestatione quorumcumque pedagiorum eidem domino pertinentium pro fustibus, quos a cetero apud dictam civitatem Mirapiscis portari seu vehi facient, pro domibus in dicta civitate seu infra cavas veteres illius edificandis, construendis seu reparandis.

XXIX. Sintque etiam dicti consules et singulares et veri habitatores predicti liberi et quitti ab omni leuda et pedagio Mirapiscis pro portu, transitu et vectura quarumcumque mercanciarum et rerum suarum, et etiam de omni leuda et pedagio de Puiolibus pro portu salis, iuxta quamdam sententiam domini senescalli olim super hoc latam (1).

XXX. Dicentur veri habitatores dicte universitatis Mirapiscis qui, per annum et diem, in dicta civitate vel illius consulatu, domicilium fecerint et acquisiverint aliquam possessionem infra dictum consulatum.

XXXI. Item quia magne et diverse lites orte hactenus extiterunt inter dictum quondam dominum Iohannem de Levis, patrem et genitorem eiusdem domini marescalli, ex una parte, et dictos consules nomine dicte universitatis, ex altera, et hoc super usu lignorum et pascuorum nemoris vulgariter nuncupati La Belena, tantum quantum ipsum nemus dicto domino pertinet, tamen, ut in futurum pax sit inter dictum dominum et consules predictos, nomine civitatis et universitatis predicte Mirapiscis et singulares de eadem, idem dominus [voluit et concessit], cum hac conditione :

XXXII. Quod ipsi et sui successores sint quitti, liberi et immunes ab obligatione seu promissione certe prestationis centum librarum turonensium facta, per bone memorie dominum Iohannem de Levis, quondam abavum dicti domini marescalli, consulibus, nomine universitatis tunc predicte Mirapiscis, per instrumentum (2) consertum

(1) Voir cet acte plus haut, p. 179, pièce XXXI du Cartulaire, 24 novembre 1314.
(2) Voir cet acte plus haut, p. 36, pièce IX du Cartulaire, 20 mars 1301 (1302).

anno domini millesimo tricentesimo primo, decimo kalendas aprilis.

XXXIII. Et quod consules ipsius civitatis Mirapiscis, vigore dicti instrumenti, nec etiam sub colore seu virtute certe precense transactionis, ut asseritur, inite (1) anno domino millesimo tricentesimo sexto, octava idus novembris, inter tunc consules dicte civitatis Mirapiscis et preceptorem domus Templi, non possint in dicto nemore de La Belena, videlicet in parte illius dicto domino pertinente, aliquid petere.

XXXIV. Quin ymo dicta instrumenta, in quantum faciunt et facere possunt seu possint contra dictum dominum Mirapiscis et suos heredes et successores, sint a cetero cassa et nulla cancellataque, et annullata ac nullius efficacie seu valoris existant.

XXXV. [Idem dominus] voluit et consensit quod singulares homines dicte civitatis et universitatis Mirapiscis et quilibet de eadem possint et valeant in et de dicto nemore de La Belena, videlicet in ipsius parte predicta eidem domino pertinente, ligna mortua pro usu suo et sue familie capere seu portare, capique seu portari facere libere et impune, fustesque ad domos in dicta civitate Mirapiscis et infra cavas veteres dicte civitatis edificandas, habere, capere et apportare seu capi et apportari facere libere pariter et impune, dumtamen dicti fustes ad edificandum sint caracterizati seu amartelati per foresterium dicti domini.

Et si dictus foresterius desineret amartelare dictos fustes, dicti homines et singulares dicte civitatis et universitatis possint dictos fustes capere, eorum propria auctoritate.

XXXVI. Animaliaque aratoria, seu ad agriculturam parata, et alia animalia, grossa et minuta, exceptis capris et porcis, in dicto nemore, causa depascendi seu ad aquam appellandi, immitere seu immiti facere valeant atque possint.

XXXVII. Item consensit pariter et voluit dictus dominus quod, pro ponte publico reficiendo, per quem protenditur et itur de civitate Mirapiscis ad castrum dicte civitatis, quod ipse dominus et sui successores teneantur adimplere contenta in quodam instrumento confecto, anno domini millesimo quadringentesimo decimo et die

(1) *Ibid.*, Voir plus haut, p. 88, pièce XXI du Cartulaire, 5 novembre 1306.

octava mensis septembris, recepto per quondam magistrum Iacobum Bataille, notarium Carcassone. Per quod, dictus dominus Mirapiscis, dando questam, quam super dictos habitatores Mirapiscis habebat et solitus erat habere, scilicet duos solidos et sex denarios turonenses levandos super quolibet foco et lare in dicta civitate et universitate, erit liber et quittus a contributione dicti pontis, et dicta universitas tenebitur, propriis sumptibus, dictum pontem facere, reficere et intertenere.

XXXVIII. Item, respectu quatuor casuum, in quibus vassalli et subditi, secundum consuetudines gallicanas, dominis suis succurrere et subvenire tenentur, voluit et reservabit dictus dominus sibi ius et actionem, si et quando alter dictorum casuum contigerit, quemadmodum in dictis consuetudinibus continetur, et secundum illas, est fieri consuetum.

XXXIX. Item voluit et consensit memoratus dominus Mirapiscis [quod] dicti consules, nomine dicte universitatis, possint et valeant, post mensem a tempore quo creati consules extiterunt dicte civitatis, nominare et eligere saltuarios sive banderios, et illos dicto baiulo presentare. Alioquim, elapso dicto tempore, dictus dominus de dictis banderiis providebit.

XL. Qui, inquam, banderii iuramentum in talibus prestari solitum, scilicet de bene fructus possessionum dicte universitatis et singularium de eadem ac devesiarum dicti domini custodiendo ac damna data revelando, in manibus dicti baiuli prestabunt, penis contra mittentes animalia sua in dictis devesiis dicto domino Mirapiscis pertinentibus, eidem domino in solidum applicandis.

De penis vero seu bannis incurrendis per dictos singulares Mirapiscis, quando animalia sua immitent in possessionibus dicte universitatis, fructibus pendentibus, aut aliàs, tempore vetito, declaratio et taxatio dictarum penarum seu bannorum, arbitrio, cognitioni et determinationi baiuli et consulum predictorum Mirapiscis reservantur.

XLI. Quarum quidem penarum seu bannorum dictus dominus Mirapiscis habebit medietatem; alteram vero medietatem recipient dicti consules, applicandam commodo et utilitati dicte universitatis.

XLII, Item voluit pariter et consensit prefatus dominus Mirapiscis quod consules, qui pro tempore erunt, nomine dicte universitatis,

possint et valeant proxenetam sive corraterium, sive proxenetas seu corraterios, et preconem, pro preconisationibus et proclamationibus fiendis, eligere et nominare, et ipsos proxenetam sive proxenetas, et preconem dicto baiulo, pro iuramento in talibus prestari solito recipiendo, presentare.

XLIII. Emolumentaque inde provenientia utilitati dicte universitatis applicabuntur, et etiam emolumenta proventura ad causam ponderum eiusdem civitatis Mirapiscis, prout fuit consuetum.

XLIV. Item voluit et consensit dictus dominus Mirapiscis quod singulares dicte civitatis et universitatis possint et valeant, in riparia prope dictam civitatem transeunte et per omnes alias riparias spectantes ad ipsum dominum, piscari libere et impune, exceptis piscariis ac devesiis dicti domini, ac loco circumquaque pontem dicte civitatis sito et posito, in quo dictus dominus, quantum erit tractus securus a parte superiori et inferiori, poterit devesiam facere et illum locum in vetito tenere.

XLV. Item et voluit et consensit memoratus dominus Mirapiscis quod dicti singulares de dicta civitate et universitate possint quecumque animalia volatilia fera venari libere et impune, in et per terminalia dicte civitatis et per nemora predicta, dumtamen non faciant rameria pro capiendis dictis feris, reservatis tamen devesiis cuniculorum dicto domino, et pena sexaginta solidorum turonensium eidem domino debita et consueta ; et reservata etiam parte grossorum animalium (1) capiendorum ipsi domino sibi hactenus soluta ; reservata etiam venatione perdicum *à la tona et luminada* (2).

Que quidem venatio seu modus venandi dictis habitatoribus erit, prout est, interdicta seu interdictus.

XLVI. Item et pariter voluit et consensit idem dominus Mirapiscis quod dicti habitatores sua quecumque animalia possint libere adducere seu adduci facere apud montaneas et per terminalia sua transire, absque solutione alicuius iuris, dumtamen ultra diem naturalem in dictis suis terminalibus non remanserint ; sintque liberi ab omni leuda et pedagio, de quibuscumque alimentis portandis ad dictas

(1) Il s'agit de la pièce réservée au seigneur sur la bête sauvage prise par un habitant et qui variait suivant l'animal.

(2) Chasse de la perdrix à la tonnelle et au flambeau.

montaneas pro victualibus et alimentis pastorum et custodum dictorum animalium.

XLVII. Item et casu quo, inter dictos consules vel singulares dicte universitatis Mirapiscis, lis aliqua seu controversia oriretur in futurum super privigeliis super facto policie eis per prefatum dominum Mirapiscis superius concessis, idem dominus Mirapiscis interpretationem dictorum privilegiorum sibi et suis successoribus reservavit et reservat.

XLVIII. Item et casu quo, inter dictum dominum Mirapiscis et consules vel singulares dicte universitatis Mirapiscis, lis aliqua seu controversia oriretur in futurum super contentis in huiusmodi privilegiis, voluit et consensit ipse dominus Mirapiscis, prenominatique consules et singulares voluerunt et consenserunt quod ipsorum privilegiorum interpretatio nobilibus et egregiis viris, dominis Petro de Sancto Andrea, legum doctori, iudici maiori senescallie Carcassone et Bitterris, et Antonio de Tornissio, legum etiam doctori, domino de Serra, iudici ordinario Carcassone, Minervesii, Cabardesii et Castellanie Montis Regalis, ibidem assistentibus, ad quorum interventum et consilium hec acta sunt, pertineant et spectent, sintque dictarum litium et controversiarum summarie et de plano iudices.

XLIX. Que quidem premissa privilegia, prerogativasque immunitates, franchesias et libertates iamdictas prefatus dominus Iohannes de Levis, marescallus, dominus et baro memoratus, salvis tamen sibi et successoribus suis conditionibus, qualificationibus et modificationibus in eisdem expressis, pro ipso domino (1) et suis facientibus (*sic*) gratis, prout supra, promisit prenominatis consulibus et singularibus, nomine universitatis predicte Mirapiscis, ibidem existentibus, pro seque ac omnibus aliis singularibus eiusdem universitatis ab hinc absentibus, presentibus atque futuris, stipulantibus solemniter et recipientibus, attendere, tenere, complere et inviolabiliter observare, contraque ea et eas in aliquo, nunquam per se vel per alium, quoquomodo facere, dicere vel venire quavis ratione, occasione sive causa, dictamque universitatem et singulares illius presentes et futuros, defendere, protegere et conservare ac bene et legaliter trac-

(1) Il faudrait *faciens*..., le seigneur agissant pour lui-même et les siens.

tare, prout et quemadmodum bonus dominus subditos suos protegere, conservare et tractare debet et tenetur iuramento per eum, ad sancta Dei quator evangelia, manu eius dextra, sponte, corporaliter tacta, prestito, et sub obligatione omnium bonorum suorum, mobilium et immobilium, presentium et futurorum, ac sub et cum omni iuris et facti renunciatione ad hec necessaria, pariter et cautela.

L. Prenominati vero consules et singulares, ibidem presentes, nomine dicte totius civitatis et universitatis Mirapiscis et universorum singularium de eadem, tam presentium quam futurorum, dicta privilegia, prerogativas, immunitates, franchesias, libertates iamdictas in se suscipientes et acceptantes, cum oneribus, tentionibus, conditionibus, qualificationibus et modificationibus in eisdem expressis, grates et gratias prefato domino suo Mirapiscis humiliter de eisdem retulerunt.

LI. Promittentes inde idem consules et singulares prenominati, nominibus quibus supra, gratis, et ex eorum certis scientiis et spontaneis voluntatibus, animisque suis deliberatis et invicem consultis, dicto domino suo Mirapiscis predicto, pro se ac heredibus et in futurum successoribus suis quibuscumque stipulanti et recipienti, dicta onera, tentiones, conditiones, qualificationes et modificationes iamdictas in precedentibus privilegiis et libertatibus expressa et expressas, eos tangentia et tangentes et pro dicto domino Mirapiscis facientia et facientes, attendere, tenere, complere et inviolabiliter observare, contraque ea et eas in aliquo, quacumque ratione, occasione sive causa, nunquam facere, dicere vel venire quovismodo, iuramento ad sancta Dei quatuor evangelia, manibus eorum dextris, sponte, corporaliter tacta, prestito, et sub obligatione suorum et dicte universitatis bonorum, mobilium et immobilium, presentium et futurorum quoruncumque, ac sub omni iuris et facti renunciatione ad hec necessaria qualibet, pariter et cautela.

LII. Quibus omnibus et singulis premissis sic rite, ut premittitur, gestis, illico predicte partes, quibus supra nominibus, ad ipsorum premissorum maiorem firmitatem, supradictis dominis Petro de Sancto Andrea et Antonio de Tornissio, doctoribus et iudicibus prefatis, petierunt et requisiverunt quatenus eisdem premissis auctoritatem suam iudiciariam et decretum interponere vellent. Qui quidem

domini iudices requisitioni huiusmodi, tanquam iuri et rationi consone, annuentes, omnibus universis et singulis premissis, ad maiorem eorumdem firmitatem atque robur, auctoritatem suam iudiciariam interposuerunt pariter et decretum, salvo tamen iure suo et quolibet alieno.

LIII. Qua quidem decreti interpositione huiusmodi peracta, mox discretus vir, magister Galias de Boco, notarius, procurator et nomine procuratorio, sicut dixit, prefati domini Mirapiscis, solemniter protestatus fuit quod, occasione actus interpositionis decreti huiusmodi per prefatum dominum Antonium de Tornissio, iudicem predictum, cum prefato domino Petro de Sancto Andrea, iudice maiore memorato, ipse de Tornissio, iudex predictus, nullatenus posset, propter hoc, aliquam sibi vindicare iuridictionem in dicta baronia Mirapiscis, nec per hoc aliquatenus preiudicari iuridictioni dicti domini Mirapiscis. Ad quam quidem protestationem tunc respondens, ipse de Tornissio dixit ipsam protestationem admittere, nec, propter actum predictum, intendere ullatenus aliquam in dicta baronia sibi vindicasse iuridictionem.

LIV. De quibus omnibus universis et singulis premissis, predicte partes, quibus supra nominibus, petierunt et requisiverunt retineri, sibique et earum cuilibet fieri unum et plura publica instrumenta, tot quot erunt sibi necessaria, per nos, notarios publicos, invicem in hoc communicantes infrascriptos dictanda et corrigenda, semel et pluries grossata vel non grossata, ad dictamen, sensum, consilium et intellectum prefatorum dominorum Petri de Sancto Andrea et Antonii de Tornissio, doctorum et iudicum memoratorum, substantia tamen facti in aliquo non mutata, sed in omnibus et per omnia semper salva remanente.

LV. Que fuerunt acta in dicta civitate Mirapiscis, in domo habitationis supra dicti Iohannis de Pulcra Matre, in camera turris ipsius domus, testibus presentibus : nobilibus Hugone de Rupe, domino de Ioarris, Bertrando de Antinhaco, domino de Calida Valle et de Margon, Arnaudo de Lissaco, domino de Turri Sancti Quintini, Gilleto Rogerii, domino de Combellis, Guillermo Dieulese, Iohanne Ferrolh, domino de Ajaco, honorabilibusque viris dominis Bernardo Amelli, in decretis licentiato, iudice ordinario Mirapiscis,

Arnaudo de Trazeriis, Guillermo de Pulcra Matre, canonicis ecclesie cathedralis Mirapiscis, domino Petro Labroa, presbitero, ad premissa vocatis, et me, Iohanne Marescoti, artium magistro, publico regia auctoritate notario, habitatore civitatis Carcassone, qui, ab omnibus et singulis premissis, dum, sicut supra scribitur, dicerentur, agerentur et fierent, una cum discretis viris magistris Galia de Boco, de Rupe Ulmesii, et Hugone Plantini, Mirapiscis habitatoribus, publicis regiis notariis, collegis in hac parte meis, testibusque prenominatis, presens interfui. Eaque sic fieri vidi, scribi et audivi, et ea in notam, cum dictis de Boco et Plantini notariis invicem communicando, sumpsi. Ideo hoc presens publicum instrumentum, manu propria scriptum, et contentum in his tribus membranis, sive pargameni pellibus, filis canapis una consutis, signo meo publico, quo dicta utor auctoritate, signavi in fidem premissorum, requisitus.

I. Marescoti.

Renonciation par le seigneur et les habitants de Mirepoix aux procès, qu'ils soutenaient les uns contre les autres.

In nomine Domini, amen. Anno, mense, die, regnante et loco quibus supra, in precedenti instrumento annotatis, noverint universi quod, circiter dimidiam horam post ipsius instrumenti precedentis recitationem, passationem seu confectionem, in nostrum, notariorum, et testium infrascriptorum presentia, existentes et personaliter constituti, supradictus dominus Iohannes de Levis, marescallus, dominus et baro, in eodem presenti instrumento affatus, ex une parte, et Iohannes de Pulcra Matre, iunior, Bartholomeus Senessa, Iohannes Costa et Fortonus Fageti, consules supradicti Mirapiscis, nomine totius universitatis Mirapiscis, parte ex altera, attendentes ipse partes, sicut dixerunt, litem fuisse motam et pendere indecisam in suprema Parlamenti Tholose curia, inter ipsas partes, pro nonnullis causis, rebus, sive punctis, in superioribus articulis precedentis instrumenti contentis, idcirco ipse partes, nominibus quibus supra, gratis, et eorum certis scientiis et spontaneis voluntatibus, reservantes super hoc bonum velle,

congedium atque beneplacitum dicte curie supreme, eidem cause sive liti, omnibusque et singulis aliis litibus, questionibus, controversiis et causis in quibuscumque curiis et coram quibusvis iudicibus, ecclesiasticis et secularibus, inter ipsas partes hactenus motis, renunciaverunt expresse, volentes et communicantes ipse partes quod, mediantibus privilegiis et libertatibus ceterisque superius in precedenti instrumento expressis, sit inter eas a cetero perpetua pax amorque et finis.

De quibus omnibus premissis dicte partes, nominibus predictis, petierunt retineri fierique sibi unum et plura publica instrumenta, tot quot erunt sibi necessaria, per nos, notarios invicem super hoc communicantes infrascriptos.

Que fuerunt acta ut supra, testibus presentibus, nobilibus Hugone de Rupe, domino de Ioarris, Bertrando de Antinhaco, domino de Calida Valle et de Margon, Guillermo Dieulese, Gilleto Rogerii, domino de Combellis, et aliis ad premissa vocatis, et me, Iohanne Marescoti, artium magistro, publico regia auctoritate notario, habitatore civitatis Carcassone, qui, a premissis omnibus et singulis, dum, sicut premittitur, dicerentur, agerentur et fierent, una cum discreto viro magistro Galia de Boco, publico regis notario, collega in hac parte meo, testibusque prenominatis, presens interfui. Ac ea in notam, cum dicto de Boco invicem communicando, sumpsi. Ideo hoc presens publicum instrumentum, manu propria scriptum, signo meo publico, quo dicta utor auctoritate, signavi in fidem premissorum, requisitus.

I. Marescoti.

II. *Lettres patentes de Louis XII portant le rétablissement du paréage et la confirmation des privilèges dont jouissaient les habitants de la seigneurie de Mirepoix* (1).

JUILLET 1502.

Louys, par la grâce de Dieu, roy de France, sçavoir faisons à toutz, présens et advenir, nous avoir reçeue humble supplication de noz chers et bien amés les manans et habitans de nostre paréaige, ville, cité, chasteaulx et lieux de la terre, seigneurie et baronie de Mirepoix en Languedoc, contenant que feu nostre très cher seigneur et cousin, le roy Charles sixiesme, que Dieu absolve, fist certain tracté avec le seigneur en partie dud. Mirepoix, que pour lors estoit, pour raison et cause de lad. terre, seigneurie et baronie, iustice et gouvernement d'icelle, cy attaché soubz le contrescel de nostre chancellier. Par lequel tracté et appoinctement led. feu roy Charles donna et octroya ausd. manans et habitans de nostre d. paréaige, ville, cité, chasteaulx et lieux de lad. seigneurie et baronie de Mirepoix, et à leurs successeurs, plusieurs libertés et beaulx privilèges. A ceste cause, nous ont très humblement faict supplier et requérir que nostre plaisir soit confirmer, ratiffier, louer et approuver led. tracté et appoinctement, ensemble les libertés et privilèges contenuz en icelluy, et, sur ce, leur impartir à eux grâce et libéralité.

Pour ce est-il que nous, ce que dit est considéré, désirans les tracté et appoinctement de nos prédecesseurs roys estre inviolablement gardés et observés, sans infrauder, et nos subietz estre entretenus en leurs antiens privilèges et libertés, ausd. supplians avons loué, ratiffié, confirmé et approuvé, et par la teneur de ces présentes, de nostre grâce spéciale, pleine puissance et aucthorité royale, louons, ratiffions et confirmons led. tracté et appoinctement, cy attaché soubz nostre contrescel ; ensemble les privilèges, libertés et articles contenuz en icelluy, pour en iouir et user dores en avant, pleinement et paisiblement, ainsin qu'ilz ont faict par cy-devant et

(1) Ces lettres furent promulguées par Henri III en 1577.

font encores de présent, duement et iustement avec ce ausd. supplians, en faveur de ce que, en démonstrant le désir et affection qu'ilz ont d'estre noz bons et loyaulx subjetz, ilz se sont rachaptés de l'aliénation et vendition qu'en avoit faicte à nostre amé et féal conseiller et chambellan, Iean de Lévis, séneschal de Carcassonne, et seigneur en partie dud. Mirepoix, pour le prix et somme de huis cens livres tournois avec les découstemens, et réduitz à nostre domaine et couronne, sans jamais en pouvoir estre séparés ne aliénés, à leurs propres costz et despens.

A quoy, nostre procureur général en nostre cour de Parlement à Tholose a consenty aussi, affin qu'ilz puissent vivre et soient tractés, régis et gouvernés en bonne paix, police et iustice, selon noz ordonnances, comme nos aultres subietz, manans et habitans de nostre pays de Languedoc.

Et avons amplié, loué, ratiffié et approuvé, et par ces présentes, de nostred. grâce spéciale, pleine puissance et authorité royale, amplions, louons, ratiffions et approuvons les privilèges, libertés, franchises et articles cy dessoubz déclairés :

I. Premièrement, voullons et ordonnons que, ensuyvant led. rachapt et consentement de nostred. procureur général en nostred. cour de Parlement de Tholose, iceulz supplians, et leurs successeurs, demeurent à iamais inaliénables et inséparés de nostred. domaine et couronne.

I^bis. Et en ensuyvant la teneur dudit paréaige, les avons prins et mis, prenons et mettons, ensemble les femme, familhe et biens quelzconques, en et soubz nostre protection et saulvegarde spéciale, à la conservation de leur droit tant seulement, et sans que, à cause de ce, ilz soient tenuz payer à nous, ny à noz successeurs, aucune finance.

II. Item voullons et ordonnons que iceulx supplians iouissent et uzent des franchises, libertés, privilèges, usances, coustumes et ordonnances, que le roy sainct Louys, et aultres nos prédécesseurs, et nous ont donné aux habitans des villes, cités, chasteaulx et places et lieux de nostred. pays de Languedoc.

III. Item, en ensuyvant nos ordonnances, les seigneurs spirituelz et temporelz dud. Mirepoix, et les aultres seigneurs qui ont iurisdic-

tion et iustice, présens et advenir, et noz officiers ordonnés au paréaige, seront, à leur nouvelle entrée de lad. cité et aultres lieux de lad. iurisdiction, à leurs premières assizes, tenuz faire publicquement le serement aux consulz et habitans dud. pays, de leur faire et administrer iustice, selon la forme de droit escrit, ez ordonnances royaulx, privilèges, libertés, usances et coustumes anciennes dud. pays.

Item voullons et ordonnons :

IV. Que aucun desd. habitans ne soit prins ou détenus de sa propre personne pour aucun debte, sinon pour noz deniers, ne pour crime ou excès, si icelluy habitant a de biens en lad. iuridiction ou baille firmances de ester à droit et payer chose iugée, si ce n'estoit pour grand crime que le iuge dud. pays cognoisse qu'il doibve estre détenu.

V. Que aucun desd. habitans de lad. cité et iuridiction, pour cas criminel ou civil, ne soient extraictz ne convocqués ailleurs que aux iugemens de lad. cité ; ausquels ilz seront ouys et deffenduz, absoutz ou condampnés, selon droit ou iustice, sinon que pour appel ayent recours pour ressort où ilz ont acoustumé.

VI. Item que lesd. habitans et subiectz seront en liberté de leurs personnes et biens ; que aucun d'iceulz ne puissent estre constrainctz par prinse de corps ne de biens, sinon que soit par mandement patent de nous ou de nos officiers dud. paréaige.

VII. Aussi que nul desd. habitants ne soit contrainct de payer aucune peine ou amende que premier elle ne soit mandée ou publiée et adiugée par iustice de nosd. officiers, parties appellées ou ouyes en leurs deffences.

Item voullons et ordonnons :

VIII. Que aucun desd. habitans ne soient prins au corps, sans informations précédentes et décrettées par nosd. officiers, sinon que ce soit en crime flagrant et qu'il ny ayt doubte que le crimineulx s'enfuyst hors lad. iuridiction.

IX. Que les qui seront prins, arrestés ou emprisonnés, qu'ilz ne soient emprisonnés ailleurs qu'en la maison de lad. iustice et cour temporelle dud. Mirepoix, si ce n'est pour grand crime digne de

punition corporelle, et que le iuge ordonne que led. crimineulx soit mené aux prisons dud. chasteau, où il sera détenu et traité selon l'estement de sa personne, et ouy et deffendu en iustice, en nostre auditoire ordinaire dud. Mirepoix.

X. Ne sera tenu payer les salaires de la prinse, arrest et amenée ausd. prisons pour entrée ny sallie, escritures, comparitions, ny aultres procédures faictes par les notaires, tant pour les causes civilles que criminelles, plus grands salaires que à Carcassonne et chastellenie de Montréal, où est assize nostred. iuridiction, ainsin qu'il est dit par nos ordonnances.

XI. Sera tenu payer led. prisonnier pour sa despense, chacun iour, de bouche, deux soulz tournois ; et si les parens ou amys luy font la despence, il ne sera tenu d'en rien payer.

XII. Semblablement que aucun desd. habitans ne soit mis en torture ny aultres peyne, sinon que premièrement soit ordonné par nosd. officiers en iugement public.

Item voullons et ordonnons :

XIII. Que, en ensuyvant les ordonnances de noz prédécesseurs roys et [de] nous, aucun prisonnier, eslargy avec cautions d'ester à droit et payer chose iugée, ne soit tenu, pour les salaires de la prinse, emprisonnnement, ne pour la despence, que premièrement ne soit tenu de sa coulpe ou innocence.

Et s'il n'est coulpable, ne sera tenu payer aucune chose, sinon que ce soit pour la coppie des escritures, s'il la requiert.

XIV. Item que aucun desd. subiectz ne soit ietté, ny mis hors de sesd. droictz et possessions, sans cognoissance de cause, estre ouy en ses deffenses, sinon que soit par mandement de nous ou de nostre cour de Parlement à Tholose.

XV. Item voullons et ordonnons que lesd. habitans et subiectz, que à présent sont et seront au temps advenir, puissent demeurer aud. Mirepoix, ou aultres lieux de lad. iuridiction et ressort, si bon leur semble.

XVI. S'ilz s'en veulent aller demeurer hors lad. iuridiction, qu'ilz puissent tenir leurs biens en leurs mains ou iceulx arrenter à aultres, prendre les arrentemens, vendre, aliéner et en faire et dispouser à leur plaisir et voullontés, en payant toutes foys nos

deniers, coulz de seigneurie directe et aultres qu'il appartiendra d'estre deubz, sans en ce leur faire aulcun empeschement ou destourbier, si ce n'est qu'ilz eussent délinqué en lad. iuridiction.

XVII. Item que chascune personne estrangière, de quelque part que soit nouvellement venue demeurer dans lad. cité ou aultres lieux de lad. iuridiction et ressort, qu'elle soit libérale de demeurer ou s'en aller, sinon qu'elle eust commis ou perpétré aucun cas digne de répréhension en nostre royaume, pour lequel par iustice feust poursuivy.

XVIII. Si, en prestant le sérement de fidélité et obédiance ez mains de nostre baille aud. paréaige, ou de son lieutenant, il y demeure an et iour, il soit dit habitant et iouisse des privilèges et libertés données aux susd. habitans de la iuridiction et du paréaige.

Item voullons et ordonnons :

XIX. Que sy aucun desd. habitans alloit de vie à trespas, sans fère codicille ny testement, que son plus prochain de son linaige soit son hérétier et luy succède sans aucune contradiction.

XX. Item que aucun sergent, ne aultre exécuteur de iustice n'entrent dans les maisons desd. subiectz, soient fermées ou ouvertes, si n'est que soit en compaignie de gens de bien et voisins.

XXI. Que les biens qui seront gaigés seront baillés en garde aux prochains voysins, qu'en puyssent et sçaichent rendre compte et relicqua, et qu'iceulx gaiges soient gardés ou détenus l'espace de huict iours, avant que procéder à aucune vente ou inquant d'iceulx.

XXII. Que celluy à quy ilz seront soit adiourné pour les voir vendre, inquantarizer, et qu'ilz soient vendus, en la plus prochaine ville du lieu où ilz auront esté prins, à prix raisonnable.

XXIII. Et après lad. vendition, qu'ilz soient gardés ez mains de iustice l'espace de huict aultres iours. Et si, dans lesd. huict iours après lad. vente, le débitteur porte le prix que lesd. gaiges auront été venduz, que luy soient renduz en payant les *capsouces* (1), c'est à sçavoir : de doutze deniers ung denier tournois, sinon que soient délivrés à celluy qui les aura achaptés aud. inquant.

(1) *Capsouce,* droit dû au seigneur pour une vente. Voir le glossaire de Ducange : *Capisolidum*.

XXIV. Item que iceulx habitans ayent les terres vaccans en lad. iuridiction à novel et perpétuel fief, en payant six deniers tournois, pour chascune sétérée de terre, au seigneur direct, comme il est acoustumé au temps des officiers dud. paréaige.

Et si les seigneurs directs recuzoient bailler lesd. terres aud. service, que noz officiers dud. paréaige les baillent aud. service ou oblies, comme feroit led. seigneur direct, en payant le foriscape aud. seigneur, si quand lad. pocession se vendroit.

XXV. Item que les aultres charges plus grandes, mises sur lesd. terres baillées en fief par lesd. seigneurs directs, en oppression de nos subiectz et [des] intérestz de noz talhes et charges, que noz prédécesseurs avoient acoustumé et nous appartient d'avoir et prendre, contre la coustume et observance (1) qu'estoit au temps de nosd. officiers du paréaige, que tout soit cassé, révocqué, anullé et mis en l'estat qu'il estoit au temps de nosd. officiers.

Item voullons et ordonnons :

XXVI. Que si aucun desd. habitans de Mirepoix achaptoit une maison, terre ou pocession dedans lad. cité ou ressort dud. consulat, que le seigneur direct soit tenu de [la lui] laisser, en luy payant par led. achapteur led. droit et foriscape, qu'est de doutze deniers un denier ou de doutz soulz ung sol tournois, tant de plus que de moins, et sans ce que icelluy seigneur direct puisse mectre sur lad. lausime aucune charge ou exaction, si n'est ainsin qu'il est acoustumé de fère au temps de nosd. officiers.

XXVII. Si led. seigneur ou ses officiers récuzoient fère le lauzime, que noz officiers dud. paréaige le facent, en luy gardant son droit et coustume de prendre.

XXVIII. Item que lesd. habitans, pour le service et rentes qu'ilz doibvent aux seigneurs directs de lad. iuridiction, à cause des terres et pocessions qu'ilz tiennent, ne soient tenuz payer, pour chascun sol, que doutze deniers tournois, de telle valleur de monoye ayant cours aud. pays que les cinq soulz vallent six soulz, comme estoit

(1) Il s'agit des charges mises en oppression des sujets, au détriment des intérêts du roi, malgré la coutume et les ordonnances en vigueur au temps du paréage ; il ne s'agit pas des tailles que doit prendre le roi.

acoustumé de fère au temps que nosd. officiers estoient aud. paréaige.

XXIX. Item que, si aucun desd. subiectz avoient acquis aucune terre ou terres à novel fief, de par la pagelle faite par gens non suspectz, selon la pagelle de la quantité de la mesure acoustumée aud. pays, il se treuve plus de terre que n'aura esté baillée à novel fief, que l'arrenteur la puisse tenir, en nous payant, ou aud. seigneur direct, pour lad. quantité, les entrées, augmentations et services par chascun an, ayant regard à la première acquisition pour la quarte partie (1).

Item voullons et ordonnons :

XXX. Que si aucun des subiectz de lad. iuridiction faisoit eschange de maison, terres en leurs aultres pocessions estans dedans lad. iuridiction, que, pour lesd. pocessions changées, ne soient tenuz pour aucun foriscape, sinon de la somme d'argent que l'ung d'iceulx feroit de retour à l'aultre, pour la plus vaillance de lad. pocession ou maison.

XXXI. Item que les mesures des bleds et les poix de la chair soient signés et marqués des armes dud. paréaige, et que, pour la marque de chascune desd. mesures et poix, soit payé troys deniers tournois ; lesquelz soient employés à l'utillité et proffit de la chose publicque de lad. ville de Mirepoix, ou aultre dud. paréaige.

Et que les subiectz usent de poix et mesures, comme font en nostre cité et pays de Tholose.

XXXII. Item que les habitans de lad. cité de Mirepoix et ceulx des aultres villes et lieux de lad. iuridiction et ressort dud. paréaige, chascun en son endroit, ayent faculté de tenir et norrir bestail, tant de nuit que de iour, ez lieux et appartenances de leur consulat, tant que s'estend et a acoustumé de s'estendre, et par les autres lieux circonvoisins contigus d'iceulx, en retournant led. iour à la (2) iugée (*sic*) dans led. consulat, n'en faisant toutes voyes (*sic*) domaige à aulcuns hommes iurés (3), sans qu'ilz soient tenuz en aucune peine

(1) Aucune réclamation ne pouvait être faite si l'erreur était inférieure au quart du terrain vendu.

(2) *Jugée,* ici ce mot n'a pas de sens, il faut sans doute *jasse.* Une jasse est, dans la montagne, l'endroit où se réunit le troupeau pour passer la nuit.

(3) *Hommes jurés,* il semble qu'il faut entendre, par cette désignation, les personnes

de forestage (1), excepté aux devèzes anciennes de nous et desd. aultres seigneurs en la iuridiction, esquelles devèzes a acoustumé estre au temps de nosd. officiers.

XXXIII. Que s'il (2) a treuvé aucune grosse beste passant par eschappée, pour chascune foys payera quatre deniers tournois d'amende, et pour chascune beste menue, ung denier tournois; et si expressément estoit mise dedans lad. devèze, fault qu'il paye le double de lad. amende.

XXXIV. Item chascun desd. subietz puisse, et chascun en son lieu, terroir de son consulat, tant qu'il s'estent, couper et prendre arbres pour faire fuste de maison, bordes, cercles de pipes, vaisseaulx, leignes, charbons, chaulx, teule, et aultres choses nécessaires pour leur service et usaige, comme ilz ont accoustumé fère au temps desd. officiers dud. paréaige, sans payer aucun forestaige, peine ou péaige, sinon qu'ilz le portassent vendre hors la iuridiction dud. paréaige.

XXXV. Item que lesd. habitans, et chascun d'iceulx, puissent chasser et prendre bestes sauvaiges en payant, pour chascune beste grosse, un quartier derrier d'icelle, au seigneur du lieu où lad. beste sera prinse, et du sanglier un quartier devant. Et des aultres bestes sauvaiges et oyseaulx ne seront tenuz en payer aucune chose ne peyne, excepté les peaulx de conils (3) des devèzes des seigneurs, en lesquelles, pour chascune foys, le chasseur sera treuvé, [il] paiera de peine soixante soulz tournois.

Et pour les aultres oyseaulx sauvaiges (4) [la chasse est permise], sans en estre faict ou donné aucun empeschement.

XXXVI. Item que aucun de nousd. subiectz ne puisse mener son

qui font partie de la commune et qui ont le droit de jouir des droits et privilèges accordés aux habitants.

(1) *Forestage*, redevance que l'on payait pour jouir de divers droits dans les forêts.

(2) *Il*, ce pronom désigne l'habitant qui, ayant le droit de dépaissance, commet les divers délits énumérés dans cet article.

(3) *Conil* de *cuniculus*, lapin.

(4) Phrase inachevée ; pour en rendre la signification complète et intelligible, il semble qu'il y a lieu d'ajouter les mots mis entre crochets et qui sont indiqués, du reste, par le sens général de l'article.

bestail ez montaignes, sinon pour l'issue et entrée de nostre iuridiction, et que, en ce faisant, il ne soit tenu payer, pour lad. entrée ou yssue ne retour d'icelles montaignes, aucun péaige ou amende.

XXXVII. Item voullons et ordonnons que en icelle cité de Mirepoix soient esleuz, chascun an, quatre consulz des habitans de lad. cité, bons hommes et souffizans, procédans avec les gens du conseil de l'université d'icelle et qui sont en icelle.

XXXVIII. Et lad. élection faicte, lesd. quatre consulz esleuz seront présentés au baille de la iuridiction dud. paréaige, ou son lieutenant, pour faire et prester le sérement que bien et loyallement exerceront led. office de consulat en bien, honneur et profit de nous, du seigneur de Mirepoix, et de la chose publicque de lad. cité et habitans d'icelle.

XXXIX. Et icelluy sérement presté, led. baille ou son lieutenant livrera et baillera les clefz des portes et forteresses de lad. cité en garde et administration ausd. quatre consulz.

XL. Qu'ilz [les consuls] auront faculté et pouvoir de fermer et ouvrir les portes et faire mander et desmander les guet et poste en temps de guerre, quand besoing sera, et de mectre ung ou plusieurs des habitans de lad. cité pour capitaine ou capitaines, si bon leur semble, avec le conseil ou consentement d'icelluy cappitaine ou cappitaines.

XLI. Lequel cappitaine sera tenu prester le sérement aud. baille ou son lieutenant, présens lesd. consulz, de bien et loyallement exercer led. office, et de garder lad. citté en bien, honneur et proffit de nous, dud. seigneur et des habitans d'icelle.

(1) Dans le document, viennent d'abord les questions posées par le seigneur de Mirepoix, les unes après les autres ; les réponses du sénéchal forment la fin de l'acte. Nous donnons le texte tel qu'il a été disposé lors de la rédaction. Afin de présenter plus clairement l'affaire dans le résumé de l'affaire, nous mettons après chaque question posée par le seigneur, la réfutation du sénéchal.

(2) Expédition du roi Philippe-le-Hardi contre Roger-Bernard III, comte de Foix, qui s'était révolté. Le roi vint lui-même commander l'armée qui envahit le comté de Foix, en mai et juin 1272, pour réduire les rebelles.

purias, en se portant caution pour Garcie-Arnaud de Château-Verdun. L'opération avait été faite, sans que le suzerain fût averti et invité d'intervenir.

Réponse. La saisie a été effectuée en vertu d'une sentence rendue par la cour de Carcassonne, pour contraindre le débiteur et sa caution de satisfaire à leurs obligations. Réserve faite des droits du suzerain, le château sera remis au seigneur après le payement des dettes.

IV. Dame Jacqueline, seigneuresse du château de La Roche-Taillée, feudataire du seigneur de Mirepoix, sur l'injonction du sénéchal, a été obligée : 1° de rendre à des gens d'Alet des bestiaux, confisqués par ses gardes sur des terres où elle avait défendu le pâturage ; 2° de rapporter les règlements par elle promulgués en matière de dépaissances.

V. Les gens d'Alet ont continué de conduire leurs animaux dans les pâturages interdits et se sont rués sur les gardes qu'ils ont menacés de mort. Le sénéchal, évoquant l'affaire, a forcé à comparaître à sa cour la dame de La Roche-Taillée, ses enfants, ses serviteurs et vassaux. Ces derniers ont même été retenus, à leur grand préjudice, quelque temps à Carcassonne, pendant l'époque des moissons et des vendanges.

De plus, les juges du sénéchal ont défendu à la dite dame de chasser les palombes dans son fief et lui ont ordonné de laisser les gens d'Alet envoyer leurs animaux sur ses pâturages.

Le seigneur de Mirepoix a fait un recours au roi pour protester contre de tels abus de pouvoir ; le sénéchal n'a pas tenu compte de cet appel.

Réponses aux IV^e^ et V^e^ arguments. Le juge du sénéchal était intervenu, parce qu'à propos des pâturages il y avait eu une prise d'armes illicite et que, pendant les troubles, un homme d'Alet avait été tué.

XV° KALENDAS NOVEMBRIS ANNO MCCLXXII°.

Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod, cum nobilis vir dominus Guido de Levis, marescallus Albigensis et dominus Mirapiscis, obtulisset seu tradidisset nobili viro domino Guillelmo de Choardono, militi, senescallo Carcassone et Biterris, quamdam papiri cedulam quedam capitula continentem, idem dominus senescallus ad predicta capitula respondit, prout inferius eadem capitula

continentur ; cujus quidem cedule et capitulorum tenor dignoscitur esse talis.

Plaintes du seigneur de Mirepoix en cinq articles.

Anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, II Idus octobris (1), noverint universi quod nobilis vir dominus Guido de Levis, marescallus Albigiensis et dominus Mirapiscis, accessit ad presentiam nobilis viri domini Guillelmi de Choardono, militis, senescalli Carcassone et Biterris, et requisivit eum, in presentia infrascriptorum testuim et mei notarii, quod gravamina, que ei et subditis suis, tam per se quam per iudices suos, intulerat, revocaret ; quod quidem gravamina facta fuerant in subversionem et spoliationem iuris et iurisdictionis, quam idem marescallus habet et habere debet, et ipse et antecessores sui habere consueverunt in terra sua et in feodatariis suis et terris eorundem.

Cum autem dictus marescallus habeat merum et mixtum imperium et omnem iurisdictionem libere in tota terra sua Albigensi et merum imperium in terris vassalorum et feodatoriorum suorum, et ea habuerint, tenuirant et exercuerint tam ipse quam pater et avus suus continue, per quinquaginta annos et ultra, dictus senescallus predictam iurisdictionem, auctoritate propria, invadendo, violando, vel etiam usurpando per se et iudices suos, eidem domino marescallo et subditis suis gravamina intulit, que sequuntur imprimis :

I. Cum idem dominus marescallus conquestus fuisset domino Ludovico, inclite recordationis, regi Francie illustri, quod iudicem ipsius marescalli inquirentem ad emendationem debite faciendam, super quibusdam rixis et mesleis initis inter quosdam homines de Serinhano et de Salviano, senescallus Carcassone prohibuisset ab inquisitione huiusmodi facienda, prefati marescalli iurisdictionem, cuius possessionem vel quasi diuturnam habebat, indebite usurpando, dominus rex predictus mandavit senescallo Carcassonoe ut, auditis probationibus, rationibus et aliis que super hiis proponere vellet, eidem faceret plenum ius et maturum. Qua inquisitione facta et publicata et aliis intellectis, super eadem causa, [senescallus] pro-

(1) 14 octobre.

cedere noluit, nec etiam pronuntiare, licet pluries ab eodem marescallo domino super hoc fuerit requisitus. Imo, contra mandatum regium veniendo, dictos homines de Serinhano et de Salviano, ad presentiam suam facit citari super dictis rixis et mesleis, sententiam audiens in eiusdem domini marescalli maximum preiudicium et gravamen.

II. Item, cum idem marescallus et predecessores sui predicti terram, quam habent in conquesta Albigensi, teneant et tenuerint retroactis temporibus, sub certo servitio domino regi Francie exhibendo, et eo pretextu [quod] homines et subditi eiusdem marescalli fuerint liberi et immunes per quinquaginta annos et ultra ab exercitu et cavalcata prestandis vel exhibendis eidem domino regi vel suis, senescallus predictus pignoravit et pignorari fecit eumdem dominum marescallum, quia homines et subditi ipsius, faciendo exercitum, domino Philippo, Dei gratia, regi Francorum illustri, apud Appamias, nuper minime occurrerint, eidem marescallo non deferendo, quamvis paratus esset super hoc, pro se et hominibus et subditis suis, stare iuri.

III. Item, cum Lupus de Fuxo castrum de Monte Alto, medietatem ville de Bastida de Gardarono, et quamdam carantenam (1) cum pertinentiis suis in castro de Fanoiovis teneat in feodum ab eodem domino marescallo sub servitio militari, quotiens vel quotienscumque requisitus fuerit, eidem domino marescallo exhibendo, dictus senescallus predictum feudum, eodem domino marescallo irrequisito, bannivit et occupavit, et redditus sibi appropiavit ea occasione, ut dicit, quia dictus Lupus et filius eius Rogerius Isarni pro domino Garcia Arnaldo de Castro Verduno, milite, intercedendo, se obligarunt procuratori comitis Empuriarum. Qua occupatione, idem marescallus, servitio, quod dictus Lupus et eius filius predicti, ratione dicti feudi, eidem tenentur prestare, contra iustitiam, defraudatur, licet idem marescallus paratus esset, de feodatariis suis predictis cuilibet conquerenti iustitiam exhibere et super hoc facere quod debet.

IV. Item, cum domina Iaquilina domina castri de Rupe Talliata, que est feodataria eiusdem marescalli, prohibuisset homines de

(1) Mesure agraire.

Electo (1) intrare pascua eiusdem castri, que ipsa vendere consuevit eisdem hominibus et etiam aliis, ne, ipsa irrequisita et nolente, cum animalibus suis, causa, depascendi, intrarent, cum ipsi, contra prohibitionem huiusmodi temere venientes, animalia sua in dicta pascua immiscissent et ideo per forasterios et messegarios dicte domine pignorati fuissent, et [predicta domina] alia precepta fecisset licita et honesta ut dictos homines de Electo a violentia huiusmodi [arceret], dictus senescallus vel eius iudices predicte domine et eius liberis mandaverunt quod dicta pignora incontinenti restituerent et precepta huiusmodi revocarent, causa minime cognita et eodem domino marescallo irrequisito, ad quem super hiis iurisdictio dinoscitur pertinere, pignorando predictam dominam et eius subditos, ut mandatis dicti senescalli et eius iudicum parerent, quamvis, protestato de foro et iure dicti marescalli, parata esset stare iuri, dictis hominibus et cuilibet conquerenti de eadem in curia eiusdem domini marescalli.

V. Item, cum prefati homines de Electo, in pristinam elati superbiam, turba coadunata, promittendo (2) animalia sua in pascua et territorium dicti castri, in messegarios seu forasterios dicte domine irruentes, qui dicta animalia pignorabant pro forastagio debito iuxta morem et consuetudinem terre, in liberos eiusdem domine et quosdam homines dicti castri, qui ipsos forasterios a violentia dictorum hominum de Electo defendere nitebantur cum moderamine, inculpate tutele insultum fecissent, clamando post eos : *moriantur !* et fugando eos usque ad castrum predictum, et ob hoc dicta domina homines suos promonuisset et quosdam amicos suos et familiares convocasset ut eam defensarent et iuvarent in conservatione iuris sui et possessionis pascuorum et territorii supradicti, si forte dicti homines de Electo iura ipsius domine et possessionem invadere tentarent, dictus senescallus eamdem dominam, liberos, homines, et subditos et familiares eorumdem ad suam curiam evocavit ; et nititur compellere [de] querela hominum de Electo, [in] realibus et

(1) *Electum*, Alet, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Limoux (Aude), ancien siège d'un évêché érigé en 1317, et supprimé par la Révolution.

(2) Ce mot est employé ici dans la signification primitive, dans le sens étymologique : *pro, mittere*, envoyer en avant, c'est-à-dire les gens d'Alet *envoyèrent, poussèrent* leurs troupeaux dans les pâturages défendus.

personalibus, in eadem curia respondere et contra eos inquirere, occasione pacis rupte vel alia, quia dictis hominibus de Electo iura et possessionem dicte domine invadentibus, etiam sine violentia, possessionem huius modi retinendo, resistere videbantur; molestando eamdem dominam, et liberos, eius subditos, et valitores ipsorum sepe et sepius ipsos apud Carcassonam vocando et detinendo per plures dies temporibus propter messes et vindemias faciendas, et ipsos multipliciter agravando, licet parati essent coram eodem marescallo, de cuius iurisdictione existunt, et dictum castrum, cum eius pertinentiis, ab eodem tenetur in feudum, hominibus de Electo vel aliis de se conquerentibus respondere.

Necnon iudices eiusdem senescallie prohibuerunt eidem domine ne, in territorio dicti castri, columbos faceret aucuperari vel precepta faceret vel impedimentum prestaret quominus homines de Electo dictis pascuis uterentur, quamvis de hoc non cognitum fuerit nec discussum quod dicti homines huiusmodi usum haberent, nec ad curiam Carcassone cognoscendi de huiusmodi [rebus] iuridictio pertineret, mandantes nihilominus animalia, occasione invasionis et possessionis predicte, capta et retenta pro forastagio, iuris ordine penitus pretermisso, restitui hominibus de Electo, forastagio debito non soluto, eamdem dominam et eius forastarios et defensores iuris sui plurimum agravando, non deferentes domino marescallo predicto, ad quem cognitio pertinet de premissis.

Qui, tam per se quam per procuratorem suum, eumdem senescallum et eius iudices pluries requisivit, et etiam cum scriptura, quod de premissis se non intromitterent, cum ad ipsum de hiis cognitio pertineret et paratus esset dictis hominibus de Electo, si de predicta domina, liberis, subditis et valitoribus ipsius conquererentur vel in pascuis et territoriis dicti castri ius sibi aliquod vindicarent, exhibere breve ius et maturum ; et quod, [cum] idem senescallus et eius iudices prefatum dominum marescallum audire minime voluerint, ad illustrem dominum regem Francie predictum appelavit in .... (1). Cui appellationi senescallus et iudices supradicti nullatenus deferentes, eiusdem marescalli forum et iurisdictionem contra iustitiam invadendo, predictam dominam, liberos, et eius

(1) Mot en partie effacé.

subditos, et plures alios de iurisdictione ipsius marescalli super premissis compellunt indebite respondere.

Quare dictus marescallus semel et iterum dominum Guillelmum de Choardono, senescallum predictum, requisivit verbo tenus, et, postea, cum presenti scriptura, ut iurisdictionem ipsius minime usurparet et curiam sibi redderet in premissis et quod gravamina sibi et subditis suis, ut premissum est, irrogata revocaret, ut superius petitum est et expressum, et quod de cetero a similibus abstineret propter iustitiam conservandam et reverentiam regie maiestatis.

Réponses du sénéchal aux accusations portées contre lui par le seigneur de Mirepoix.

I. Ad primum caput respondet dominus senescallus quod videatur inquesta, quam dicit dictus marescallus esse factam et determinatum, si est completa tam pro domino rege quam pro ipso.

II. Et ad secundum caput dicit quod dictam pignorationem mandavit licite et iuste fieri iuxta mandatum domini regis et etiam cum lenitate fuit facta.

III. Et ad tertium caput dicit senescallus quod, cum dictum castrum de Monte Alto capi fecisset pro executione cuiusdam sententie, late in curia Carcassone contra dominum Garciam Arnaldi de Castro Verduno, cuius castri possessor fuerat fideiussor pro ipso in dicta curia, tam pro decima litis (1) quam pro dampnatione, iudex Carcassone dictum castrum, ad preces senescalli ipsius, domino marescallo deliberavit promittenti quod, quando veniret dictus senescallus Carcassone, dictus marescallus solveret ei pretium valoris dicti castri, salvo iure feudi ipsius marescalli, cum de ipso constaret vel quod ipsum castrum, cum mobilibus que ibi erant et cum redditibus qui perciperentur, restitueret dicto domino senescallo, sine contradictione, ut per acta inde facta apparet manifeste.

IV. Et ad quartum caput dicit dominus senescallus quod illud quod mandatum fuit vel factum per iudicem suum iuste fuit factum pro illicita armorum portatione et illicita pignoratione ; in qua portatione

(1) *Decima litis*, amende infligée à la partie qui perdait un procès. Voir *le glossaire de Ducange* à ce mot.

armorum quidam homo de Electo obiit, ab illis de Ruppe Talliata letaliter, ut dicitur, vulneratus, ut per acta apparet evidenter.

V. Et ad quintum caput dicit et respondet idem quod ad precedens.

Actum Carcassone in presentia et testimonio domini Raymbaudi de Salve, militis, iudicis ipsius senescalli, magistri Bernardi de Porciano, officialis Carcassone, magistri Bartholomei de Podio, clerici odmini regis, iudicis Carcassone, domini Richardi de Dusagris, militis, castellani Montis Regalis, Guillelmi de Carolo, notarii Montis Regalis, Imbaudi, magistri Petri de Parisius, notarii, et mei, Bernardi Amati, notarii publici Carcassone, qui hiis interfui et scripsi hanc cartam, vice magistri mei Petri Marsendi, notarii publici Carcassone domini regis, decimo quinto Kalendas novembris, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo.

Ego, idem Petrus Marsendi, publicus notarius antedictus, subscribo et signum meum appono, regnante Philippo, rege Francorum.

Projet de partage en deux lots de la succession de Gui de Lévis III, seigneur de Mirepoix, et de sa femme Isabelle de Marly, préparé, suivant la coutume de France, par leurs fils, Pierre, Philippe, Thibaud, Eustache et François, quelques-uns représentés par tuteur ou procureur.

Ce projet devait être présenté au frère aîné Jean de Lévis par ses cadets, avec invitation de faire connaître, au bout de quarante jours, le lot par lui choisi et de laisser l'autre à ses frères pour le subdiviser entr'eux.

Formation des deux parts principales, ayant l'une pour chef-lieu Dun, l'autre Mirepoix, non compris le château de cette ville formant exclusivement l'apanage de l'aîné.

Description distincte de la part de Dun et de celle de Mirepoix.

Subdivision en cinq parties : 1° de la part de Dun ; 2° de celle de Mirepoix, chaque frère cadet devant prendre une portion dans le lot abandonné par l'aîné.

Dans chaque part principale se trouvaient des forêts et des biens situés : 1° dans le comté de Foix et la vicomté de Carcassonne ; 2° dans le Bas-Languedoc ; 3° dans l'Ile-de-France. (Fonds Lévis-Mirepoix, liasse A [1], n° 44.)

OCTOBRE-NOVEMBRE 1301.

Gui de Lévis III mourut en 1299, laissant, de son mariage avec Isabelle de Marly, douze enfants : neuf fils et trois filles (1). Dans l'*Inventaire historique et généalogique des documents de la branche Lévis-Léran* (2), une mention est réservée à chaque enfant. Il n'y eut que six fils qui prirent part au partage : Jean l'aîné, Thibaud, Pierre, Philippe, Eustache, François ; les autres frères et sœurs, sans doute désintéressés en argent, reçurent une dot ; toujours est-il qu'il n'en est pas question dans les actes de partage, si ce n'est pour Bouchard, qui figure comme témoin dans la première pièce.

In nomine Domini, amen. — Presentis scripture testimonio pateat universis quod, cum nobiles viri domini Theobaldus de Levis, Petrus, Philippus, Eustachius et Franciscus, fratres, filii et heredes pro media parte, inclite recordationis, domini Guidonis de Levis,

(1) Voir, à ce sujet, la notice dans les additions au tome concernant la branche Lévis-Mirepoix, pp. 649-650, *enfants de Gui de Lévis III.*

(2) *Inv. hist. et généal. des documents de la branche Lévis-Léran.* T. I, pp. 78-87 et 105-106.

domini Mirapiscis, et domine Isabellis de Marliaco, eius uxoris, viam universe carnis ingressorum, hereditatem eorumdem parentum suorum inter se, ex una parte, et nobilem virum dominum Iohannem de Levis, fratrem suum primogenitum, ex altera, communem, in duas partes equaliter divisissent, ut asserebant.

Première Partie. — Mirepoix.

Quarum partium altera continet : Villam Mirapiscis, cum suo territorio et terminali, excepto corpore castri eiusdem loci (1). Tortrol, cum suo territorio et terminali. — Becetum, cum suo territorio et terminali. — Payshels, cum suo territorio et terminali. — Bastidam Sancti Andree, cum suo territorio et terminali. — Romengos, cum suo territorio et terminali. — Gardam, cum suo territorio et terminali. — Gaytas, cum suo territorio et terminali. — Balagerium, cum suo territorio et terminali. — Petram Fitam, cum suo territorio et terminali. — Selalenxs, cum suo territorio et terminali. — Malagoda, cum suo territorio et terminali. — Plavilar, cum suo territorio et terminali. — Spinosum, cum suo territorio et terminali. — Mazeras (2), cum suo territorio et terminali. — Molendinum Baronis. — Montem Ferrarium, cum suo territorio et terminali. — Villam Novam, prope Montem Ferrarium, cum suo territorio et terminali. — Massabrac, cum suo territorio et terminali. — Montem Securum, cum suo territorio et terminali.

Item, in Agadesio (3), Florenciacum, cum suo territorio et terminali. — Pomayrols, cum suo territorio et terminali. — Thorrola, cum suo territorio et terminali. — Item, in Bitterresio (4), Thezanum, cum suo territorio et terminali.

Item, montaneas, que sunt in circuitu Montis Securi, tantum quantum protenditur dominium predictorum fratrum versus partem

(1) Le château de Mirepoix revenait de droit à l'aîné et n'était pas compris dans les biens à partager ; c'était le chef-lieu du fief, qui devait rester en dehors de toute atteinte.

(2) Il s'agit de *Mazerettes*, petit hameau près de Mirepoix, où les évêques de cette ville eurent plus tard un château. *Mazères* est une petite ville du comté de Foix.

(3) *Agatois*, pays compris dans le diocèse d'Adge.

(4) *Bitèrois*, pays dont la ville principale est Béziers.

occidentalem et versus partem orientalem, usque ad rivum qui est in loco vocato Frau de Comutz (1). — Item, quantum protenduntur dicte montanee versus meridionalem partem, usque ad dominium alienum ; et versus partem septemptrionalem, usque ad terminale de Fogars et terminale de Aguilhone, et agrale vocatum de Meda, et usque ad terminale de Avellaneto, et de Perela, et usque ad agrale de Pissha Vacca, cum omnibus iuribus que ibi habent dicti fratres, et agralibus et devesiis. Nomina vero dictorum agralium sunt hec : Artigalas, Pomayrols, Serra Longa, Coma Aviosa, Lapacet, foresta de Fabrica, Sequeda, Lempia ; ac etiam omnia forastagia et herbagia istius partis superius dessignate.

Item, forestam de Bellagarda. — Item, forestam de Parco, cum suis pratis et piscariis. — Item, forestam de Vauro (2).

Item, feudum Rupis Talliate integrum. — feudum de Monte Alto. — feudum de Aiaco. — feudum quod tenet Gualotus Estandardi. — Item, medietatem feudi de Bellagarda, scilicet illam quam tenent dominus Guillelmus de Gornasio, et dominus Philippus de Riparia, milites, de predicto feudo. Et habeat de avantagio ista medietas, pro defectu servicii trium mensium, Casale Fabrorum, [cum omni iure suo] post vitam Aniquini, sicut tenet predictus Aniquinus. — Item, feudum quod tenent apud Querium, Cavanacum, et Trazerium, ad consuetudines gallicanas, Guillelmus Audivini, heredes Stephani de Baiulo, heredes Philippis Bridau, et dominus Bertrandus de Romengosio, et alii eorum pariarii. — Item, feudum quod tenent apud Sanctum Julianum et apud Insulam, Iohannes de Musino et Ysabellis de Musino, ad consuetudines gallicanas.

Item, census seu servicium molendini quod fuit Petri de Cominino, de Carcassona.

Item, habeat sub se pars ista illud quod tenent a predictis fratribus dominus Bertrandus de Romengosio et eius fratres ; Fenoletus ; dominus Ysarnus Lupi ; Thomas de Salesio ; Ayguna, uxor quondam Petri Ramundi de Adalone ; Sclarmunda, soror eius ; Hugo de Salesio ;

(1) *Comus*, petite localité située à l'extrémité du pays de Sault et du comté de Foix et qui dépendait du domaine royal de Languedoc.

(2) Cette forêt, qui entoure en partie le château de Lagarde, est actuellement désignée sous le nom de bois de Baure.

Arnaldus Guillelmi, et Rogerius, eius nepos de Scalenchis ; dominus Bernardus de Aura ; domina Condors ; Iordanus Picarela ; Rogerius de Sancto Iuliano.

Item, in terra Francie, Amblivilerium, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis. — Item, sexcenta arpenta nemorum iuxta valles de Sarnasio, in fundo et tenura. — Item, octingenta arpenta nemorum in territorio de Roca Corbini, in fundo et tenura. — Item, totam terram Timeresii. — Item, Achieras. — Item, feudum de Achieris, quod tenet dominus Matheus de Monte Morenciaco. — Item, Rodon, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis.

Seconde Partie.

Altera vero pars continet : Dunum, cum suo territorio et terminali. — Roglas, cum suo territorio et terminali. — Viviers, cum suo territorio et terminali. — Senessa, cum suo territorio et terminali. — Mazerolas, cum suo territorio et terminali. — Sanctum Iulianum, cum suo territorio et terminali. — Quayranum, cum suo territorio et terminali. — Limbraciacum, cum suo territorio et terminali. — Pradas, cum suo territorio et terminali. — Liuracum, cum suo territorio et terminali. — Sautellum, cum suo territorio et terminali — Caslar, cum suo territorio et terminali. — Ylhac, Ysshars, et Roquafort, cum suo territorio et terminali. — Roquam de Olmes, cum suo territorio et terminali. — Aygas Vivas, cum suo territorio et terminali. — Tabre, cum suo territorio et terminali. — Sclanha, cum suo territorio et terminali. — Perela, cum suo territorio et terminali. — Avellanetum, cum suo territorio et terminali. — Drulha, cum suo territorio et terminali. — Leranum, cum suo territorio et terminali. — Regatum, cum suo territorio et terminali. — Miraval, cum suo territorio et terminali. — Bastidam de Congosto, cum suo territorio et terminali. — Aguilhanam, cum suo territorio et terminali. — Aguilhonem, cum suo territorio et terminali. — Fogars, cum suo territorio et terminali. — Belestar, cum suo territorio et terminali. — Avilhac, cum suo territorio et terminali. — Casale de Oriaco, cum suo territorio et terminali. — Pennam, cum suo territorio et terminali. — Sanctum Felicem, cum suo territorio et terminali. — Vals et Montcalm, cum suo territorio et terminali. — Theletum, cum

suo territorio et terminali. — Amancianas, cum suo territorio et terminali. — Cuqum, cum suo territorio et terminali. — Villantonum, cum suo territorio et terminali. — Podium Grimaudi, cum suo territorio et terminali. — Casalils, cum suo territorio et terminali. — Rivobuxam, cum suo territorio et terminali.

Item, in Bitterresio : Serinhanum, cum suo territorio et terminali. — Villam novam (1), cum suo territorio et terminali. — Salvianum, cum suo territorio et terminali. — Porcayranas, cum suo territorio et terminali. — Aioaras, cum suo territorio et terminali.

Item, montaneas que sunt a rivo seu flumine Yrcii, versus partem orientalem, usque ad locum vocatum pont de Arczilha ; et ab ipso loco de pont de Arczilha, versus dictam partem orientalem, sicut ascenditur per locum dictum Frau de Comutz, usque ad terram Regis (2) ; ita quod rivulus, qui currit per Frau de Comutz usque ad pontem de Arczilha, dividat predictas montaneas a montaneis alteri parti assignatis, cum omnibus iuribus et pertinentiis, que ibi habent dicti fratres usque ad terram domini Regis, et domine Eustachie, domine podii Viridis ; et cum agralibus et devesiis, forastagiis et pascuis. Nomina agralium sunt hec : le col del Thel ; Montaut ; — item, agrale de Meda, et agrale de Pissha Vacca.

Item foresta de Podio Caproso.

Item, nemus Moleti ; — item, forestam Podii Alti ; item, forestam Bellene.

Item, feudum de Honosio integrum ; — item, feudum de Sancto Benedicto integrum ; — item, feudum de Castro Resindo integrum ; — item, feudum de Caslario et de Podio Dacone integrum ; — item, medietatem feudi de Bella Garda, videlicet illam partem quam tenet Guilelmus Estandardi.

Item, habeat sub se pars ista illud quod tenent a predictis fratribus infrascripti, illis exceptis, si qua sint intra loca alteri parti designata, videlicet : dominus Bertrandus de Podiolis ; dominus Columba de Ruppe ; heredes Petri Ramundi de Adalone (3) ; Arnaldus Berengarii ; Guillelmus de Gozenchis ; dominus Sicardus de Adalone ; Arnaldus

(1) *Villeneuve-la-Crémade,* aujourd'hui Villeneuve-lès-Béziers.

(2) Le pays de Sault, relevant directement du Languedoc, était terre royale.

(3) *Adolone,* aujourd'hui Dalou.

de Lordato ; Batala de Penna ; Ramundus de Duro Forti, filius domini Rogerii ; Ramundus de Duro Forti, filius domini Sicardi ; heredes domini Arnaldi Guillelmi de Limbraciaco ; Petrus de Sarnasio, pro terra quam habet apud Montem Cabirolum.

Item, in terra Francie : Mondavillam, cum omnibus iuribus suis et pertinentiis. — Fontanetum, prope Mondavillam. — Fontanetum, prope Parisius, cum pertinentiis suis. — Le *Gue de Levis,* cum Grangia du Gue : — Item nemus in Haya de Goleta, in fundo et tenura.

Item nemus de Sex Crucibus, in fundo et tenura. — Item, terram de Alneolo in Belcia. — Item viginti arpenta nemorum inter Levis (1) et Grangiam du Gue, in fundo et tenura. — Item, piscaria, et alveos, et alia pertinentia ad dictum locum du Gue. — Item, terram de Alneolo in Belcia. — Item, Oconvillam in Belcia. — Item, Galardo in Belcia. — Item, feudum de Vayza.

Subdivision de la Première Part.

Projet de partage, entre les cinq frères cadets, du lot de Mirepoix, au cas où Jean, leur aîné, choisirait celui de Dun.

Cumque predictas duas partes, prout asserebant, memorato domino Iohanni, fratri suo primogenito, et inter ipsos primogeniture ius habenti, iuxta consuetudines gallicanas, obtulissent, ut ipse easdem, iuxta consuetudines easdem, illam quam vellet de dictis duabus partibus eligeret ; cumque aliquis de predictis quinque fratribus, electione per dictum dominum Iohannem, fratrem suum, nondum facta, peregrinationis vel alia probabili causa, prout dicebant, affecturi essent, ipsi, considerantes avertentesque pericula et dampna multiplicia, que eis possent contingere, si hereditas predicta, post dictam absentiam, inter ipsos communis remaneret ac etiam indivisa, quamlibet predictarum duarum partium in quinque partes diviserunt :

Quarum altera, scilicet pars de Mirapisce, continet quinque partes infra scriptas :

I. Quarum una hec est, videlicet : medietas ville Mirapiscis pro

(1) *Lévis,* il s'agit du village de Lévis-Saint-Nom, près de Versailles.

indiviso, et totius sui territorii et terminalis, iurium, ac etiam pertinentiarum eiusdem, excepto corpore castri Mirapiscis.

Item, Mazeras, cum suo territorio et terminali. — Item, Molendinum Baronis. — Spinosum, cum suo territorio et terminali. — Plavilar, cum suo territorio et terminali. — Malagoda, cum suo territorio et terminali; — et tertia pars, pro indiviso, foreste de Bella Garda. — Item, feudum Rupis Talliate integrum.

II. Altera vero pars hec est : medietas ville Mirapiscis pro indiviso, et totius sui territorii et terminalis, iurium, ac etiam pertinentiarum eiusdem, excepto corpore castri Mirapiscis.

Romengos, cum suo territorio et terminali. — Gaytas, cum suo territorio et terminali. — Petra Fita, cum suo territorio et terminali. — Balagerium, cum suo territorio et terminali.

Et tertia pars, pro indiviso, foreste de Bella Garda.

Item, feudum de Monte Alto integrum. — Item, feudum quod tenent apud Querium, Cavanacum et Trazerium, Guillelmus Audivini, heredes Stephani de Baiulo, heredes Philippi Bridau, et eorum parierii. — Item, illud quod tenent, apud Sanctum Iulianum et apud Insulam, Ysabellis et Iohannes de Musino. — Item, census molendini quod fuit Petri de Cominino, de Carcassona.

III. Alia vero pars est hec, videlicet :

Mons Securus, cum suis montaneis, agralibus et devesiis in circuitu ipsius superius designatis. — Item, Massabrac, cum suo territorio et terminali. — Mons Ferrarius, cum suo territorio et terminali. — Villa nova (1), cum suo territorio et terminali. — La Garda, cum suo territorio et terminali. — Bastida Sancti Andree, cum suo territorio et terminali. — Paysshels, cum suo territorio et terminali. — Becetum, cum suo territorio et terminali. — Tortrol, cum suo territorio et terminali.

Item, foresta de Parco, cum stagnis suis et pratis. — Item, foresta de Vaure.

Item, in Bitterresio, Tezanum, cum suo territorio et terminali. — Item, feudum de Aiaco.

IV. Alia vero pars hec est : medietas ville Florenciaci pro indi-

(1) *Villeneuve-d'Olmes.*

viso, et totius sui territorii et terminalis, iurium, ac etiam pertinentiarum eiusdem. — Pomayrols, cum suo territorio et terminali. — Selalenx, cum suo territorio et terminali.

Item, tertia pars, pro indiviso, foreste de Bella Garda.

Et tota terra quam habent omnes predicti fratres in Timeresio, in Francia. — Item, Achieras in Timeresio ; — et feudum de Achieras, quod tenet dominus Matheus de Monte Morenciaco.

Item, feudum Galoti Estandardi integrum.

V. Alia vero pars hec est : medietas ville Florenciaci pro indiviso, et totius sui territorii et terminalis, iurium, ac etiam pertinentiarum eiusdem. — Item, Thorola, cum suo territorio et terminali.

Item, in Francia, Amblivilier. — Item, sexcenta arpenta nemorum iuxta valles de Sarnasio, in fundo et tenura. — Item, quatuor viginti arpenta nemorum in territorio de Rocha Corbon, in fundo et tenura. — Item, Rodon in Francia, cum suo territorio et terminali.

Item, medietas feudi de Bella Garda, sicut tenent domini Philippus de Riparia et Guillelmus de Gornasio, milites, cum Casali Fabrorum, sicut tenet Aniquinus, pro defectu servicii trium mensium, sicut in precedentibus est expressum.

Subdivision de la seconde Part.

Projet de partage, entre les cinq frères cadets, du lot de Dun, au cas où Jean, leur aîné, choisirait celui de Mirepoix.

Alia vero pars, scilicet Duni, cum omnibus contentis in eadem, quinque partes continet infrascriptas :

I. Quarum una hec est, videlicet :

Dunum, cum suo territorio et terminali.

Liuracum, cum suo territorio et terminali. — Caslar, cum suo territorio et terminali. — Mazerolas, cum suo territorio et terminali. — Quayra, cum suo territorio et terminali. — Limbraciacum, cum suo territorio et terminali. — Senessa, cum suo territorio et terminali. — Ylhat, Yshartz et Roquafort, cum suo territorio et terminali. — Viviers, cum suo territorio et terminali. — Sanctus Iulianus, cum suo territorio et terminali.

Item, foresta Podii Alti. — Item, feudum de Honosio integrum.

Item, in Francia, terra de Almeolo, — et feudum de Vayza. — et Oconvilla in Belcia.

II. Alia vero pars hec est, videlicet :

Villa Rupis Ulmesii, cum suo territorio et terminali : — Aygas Vivas, cum suo territorio et terminali. — Tabre, cum suo territorio et terminali. — Sclanha, cum suo territorio et terminali. — Perela, cum suo territorio et terminali. — Sautellum, cum suo territorio et terminali. — Avellanetum, cum suo territorio et terminali. — Drulha, cum suo territorio et terminali. — Pradas, cum suo territorio et terminali. — Agulho, cum suo territorio et terminali. — Item, agrale seu devesia de Pissha Vacca. — Item, agrale seu devesia de Meda. — Item, nemus Moleti.

Item, feudum de Sancto Benedicto integrum.

Item, in Francia, Mondavilla, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis. — Item, Fontanetum, prope Mondavillam, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis.

III. Alia vero pars hec est, videlicet :

Leranum, cum suo territorio et terminali. — Regatum, cum suo territorio et terminali. — Fogars, cum suo territorio et terminali. — Belestar, cum suo territorio et terminali. — Casale de Oriaco, cum suo territorio et terminali. — Agulhana, cum suo territorio et terminali. — Avilhac, cum suo territorio et terminali. — Miraval, cum suo territorio et terminali. — Bastida de Congosto, cum suo territorio et terminali.

Item, montanee que sunt a flumine Yrcii usque ad pontem de Arczilha, versus partem orientalem, et a dicto ponte de Arczilha, sicut ascenditur per locum vocatum Frau de Comutz, usque ad terram Regis, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, forastagiis, pascuis, agralibus et devesiis, sicut sunt superius ab aliis montaneis distincta et divisa. Nomina vero ipsorum agralium sunt hec : agrale de Collo Tilie ; agrale Montis alti.

Item, foresta Podii Caprosi.

Item, feudum Castri Resindi integrum.

Item, in Francia, Fontanetum, prope Parisius. — Item, Galardo in Belcia.

IV. Alia vero pars hec est, videlicet :

Penna, prope Sanctum Felicem, cum suo territorio et terminali. Sanctus Felix, cum suo territorio et terminali. — Vals et Montcalm, cum suo territorio et terminali. — Theletum, cum suo territorio et terminali. — Amancianas, cum suo territorio et terminali. — Cuqum, cum suo territorio et terminali. — Vilauto, cum suo territorio et terminali. — Podium Grimaut, cum suo territorio et terminali. — Casalils, cum suo territorio et terminali. — Rivobuxa, cum suo territorio et terminali.

Item, tota pars foreste de Bellena, que non est contentiosa cum Rege et hominibus de Planhano.

Item, feudum de Caslario integrum.

Idem, in Francia, le Gue de Levis, cum Grangia et piscariis suis. — Idem, nemus in Haya de Goleta, in fundo et tontura. — idem, nemus de Sex Crucibus, in fundo et tenura. — Item, octoginta (1) arpenta nemorum inter Grangiam et le Gue de Levis, in fundo et tenura.

V. Alia vero pars hec est : In Bitterresio, Serinhanum, cum suo territorio et terminali. — Villa nova, cum suo territorio et terminali. — Salvianum, cum suo territorio et terminali. — Porcayranas, cum suo territorio et terminali. — Item, Aivaras, cum suo territorio et terminali.

Item, medietas feudi Belle Garde, tota illa videlicet, quam tenet dominus Guilalmerius Estandardi.

Ratification de l'acte, au nom de François de Lévis, âgé de quatorze ans, par son curateur.

Quibus divisionibus ita factis, memorati fratres, domini Theobaldus, Petrus, Philippus et Eustachius, et etiam Franciscus, maior quatuordecim annis, ut asserebat, cum auctoritate domini Philippi de Riparia, militis, curatoris sui, ut asserebat, dati per curiam Carcassone, ibidem presentis, et cum eodem adulto suo pariter consentientis, et eidem super hiis auctoritatem prestantis, iuraverunt, ad Sancta Dei evangelia ab ipsis corporaliter tacta, se perpetuo et inviolabiliter, pro se et successoribus suis, tenere et observare quicquid ibidem super dictis partibus dividendis esset factum, divisum, et etiam

(1) Tantôt on trouve quarante arpents, tantôt quatre-vingts, sans qu'on puisse être fixé sur la contenance exacte.

ordinatum ; et nunquam contravenire, in toto vel in parte, per se vel per aliquam interpositiam personam.

Et ibidem, sine aliquo intermedio, prenominati quatuor fratres pro se, et dictus Franciscus, cum auctoritate curatoris sui, ad dictam hereditatem dividendam, de dictis partibus inter ipsos et ipsorum quemlibet assignandis, in modum qui sequitur, convenerunt videlicet :

Attribution de chaque lot de la part de Dun à l'un des frères, au cas où Jean de Lévis prendrait la part de Mirepoix.

Quod si prefatus dominus Iohannes, ipsorum fratrum primogenitus, illam partem de duabus partibus principalibus superius designatis, que incipit a *villam Mirapiscis* et terminatur in loco vocato *Rodo in Francia,* cum omnibus aliis locis contentis in eadem parte, sibi elegerit ac etiam acceptaverit pro parte sua, predicti quinque fratres voluerunt, concordaverunt et etiam ordinaverunt :

I. Part de Pierre.

Quod prefatus dominus Petrus habeat pro hereditate et fratrisca, et parte ipsum contingente in alia parte principali, que incipit a *villa Duni* et terminatur ad feudum de *Vayza in Francia,* cum aliis locis determinatis in eadem parte, illam de quinque partibus, que incipit a *villa de Penna prope Sanctum Felicem,* et terminatur usque ad *octoginta arpenta nemorum inter Grangiam du Gue de Levis in Francia,* cum omnibus aliis locis in ipsa parte superius designatis, et cum omnibus iuribus et pertinenciis que, in dictis locis superius in ipsa parte designatis, habent ipsi fratres vel habere possunt et debent quoquo iure, ac etiam ratione.

De qua quidem parte idem dominus Petrus se tenuit pro contento, de parte et fratrisca ipsum contingente in hereditate ipsorum paterna et materna, si contingat predictum dominum Iohannem, fratrem suum, eligere et acceptare partem de Mirapisce, superius designatam, de duobus partibus principalibus.

Procès avec le roi pour la forêt de Bélène ; garantie donnée par les autres frères, en cas d'éviction.

Protestans, ante omnia, quod si alique ville seu loca, sub dicta

parte de Penna contenta, evincerentur ab eo, occasione litis, que diu inter dominum Regem et homines de Planhano, ex una parte, et memoratum dominum Guidonem, patrem suum, ex alia, extitit ventilata, vel aliqua ratione, quod omnes predicti fratres essent ipsius evictionis participes, quilibet pro portione ipsum ex dicta successione contingente ; et quod tenerentur sibi ad restitutionem ex hereditate sua propria, pro rata cuilibet superius expressata. — Quam protestationem, tanquam iustam et rationabilem, omnes predicti fratres laudeverunt, approbaverunt ac etiam acceptaverunt.

II. Part de François.

Et ibidem omnes quinque predicti fratres voluerunt et unanimiter consentierunt quod, si predictus dominus Iohannes partem Mirapiscis, superius designatam, sibi elegerit ac etiam acceptaverit.

Quod Franciscus habeat, pro fratrisca et parte ipsum contingente, in alia parte que incipit a *Duno,* partem illam de quinque partibus, que incipit a *Serinhano* et terminatur ad medietatem feudi *Bellegarde,* quam tenet dominus Guilarmerius Estandardi, cum aliis locis in eadem parte superius latius et plenius designatis.

De qua quidem parte idem Franciscus, cum consensu et auctoritate sui predicti curatoris, ibidem presentis, tenuit se pro contento, de omni iure et hereditate predictorum parentum suorum, si contingat prefatum dominum Iohannem eligere ac acceptare sibi partem Mirapiscis, de duobus partibus principalibus, superius designatis.

Tirage au sort entre Thibaud, Philippe et Eustache.

Et ibidem, prefati domini Theobaldus, Philipus et Eustachius, cum de residuis tribus partibus, videlicet : de parte, que incipit a *Duno* et terminatur ad *Oconvilla in Belcia ;* et de illa parte, que incipit ad *villam Rupis Ulmesii* et terminatur ad *Fontanetum prope Mondavillam ;* et de illa parte, que incipit ad *Leranum* et terminatur ad *Galardo in Belcia,* non possent inter se plenarie convenire, voluerunt et unanimiter consenserunt quod divisio et assignatio istarum trium partium et contentorum in eisdem, comitteretur

fortune iudicio, et super hiis lota ponerentur, prout in talibus [casibus] fieri in Francia, ut dicitur, est consuetum.

Et ibidem, super divisione et assignatione ipsarum trium partium inter ipsos tres fratres fuerunt lota posita. Ex quorum lotorum, iudicio fortune :

III. Part de Thibaud.

Venit et cessit ad partem domini Theobaldi pars illa, que incipit a *Rupe Ulmesii,* cum aliis locis in eadem parte superius designatis.

De qua quidem parte idem dominus Theobaldus se tenuit plenarie pro contento, ac si concordi convenientia primitus acceptasset et si dictus dominus Iohannes partem elegerit Mirapiscis.

IV. Part de Philippe.

Et ad partem dicti Philippi venit et cessit pars, que incipit a *Duno,* cum aliis locis que continentur in ipsa, sicut superius in ipsa parte plenius sunt expressa.

De qua quidem parte idem Philipus se tenuit pro contento, ac si concordi convenientia primitus acceptasset et si dictus dominus Iohannes partem elegerit Mirapiscis.

V. Part d'Eustache.

Et ad partem dicti Eustachii venit et cessit pars, que incipit a *Lerano,* cum omnibus contentis in eadem, sicut superius plenius est expressum.

De qua quidem parte idem Eustachius se tenuit plenarie pro contento, ac si concordi convententia primitus acceptasset et si dictus dominus Iohannes partem elegerit Mirapiscis.

Attribution de chaque lot de la part de Mirepoix à chacun des frères, au cas où Jean de Lévis prendrait la part de Dun.

Si vero contingeret dictum dominum Iohannem, primogenitum, sibi eligere et acceptare alteram partem principalem, que incipit a *Duno,* cum omnibus contentis in eadem, ut superius sunt expressa, et alteram partem, que incipit a *Mirapisce,* ipsis quinque fratribus dimittere voluerunt, consenserunt et unanimiter concordaverunt ipsi quinque fratres :

I. Part de François.

Quod predictus Franciscus habeat, pro fratrisca et parte ipsum contingente in predicta hereditate, partem que incipit a *Monte Securo,* cum omnibus contentis in eadem, ut superius sunt expressa, et terminatur *in feudum de Aiaco.*

Quam quadem partem idem Franciscus, cum auctoritate sui curatoris predicti, ibi presentis et secum consentientis, acceptavit, et de eadem se tenuit pro contento, si contingeret dictum dominum Iohannem illam partem, que incipit *a Duno,* de duabus principalibus sibi eligere et acceptare.

Tirage au sort entre Thibaud, Pierre, Philippe et Eustache.

Subsequenter ibidem, cum prenominati quatuor fratres, videlicet : domini Theobaldus, Petrus, Philippus et Eustachius, de residuis quatuor partibus, inter se, super divisione et assignatione earumdem, non possent plenarie convenire, voluerunt ipsi quatuor fratres et unanimiter consenserunt quod divisio et assignatio earumdem inter ipsos, fortune iudicio, committeretur, et sortes seu lota ponerentur, secundum quod de consuetudine Francie in talibus [casibus], ut dicitur, fieri consuevit.

Et ibidem fuerunt lota posita seu iactata. Ex quorum iudicio seu fortuna :

II. Part de Thibaud.

Venit et cessit ad partem domini Theobaldi pars, que incipit a *medietate ville Mirapiscis pro indiviso* et terminatur *census molendini Petri de Cominino de Carcassona,* cum omnibus contentis in eadem, prout superius sunt expressa.

De qua quidem parte predictus dominus Theobaldus se tenuit pro contento, ac si convenienti concordia ipsam primitus acceptasset et si contingeret dictum dominum Iohannem partem illam, que incipit a *Duno,* de duabus principalibus partibus acceptare.

III. Part de Pierre.

Et ad partem dicti domini Petri venit et cessit pars, que incipit a *medietate ville Mirapiscis* et terminatur *ad feudum Rupis talliate,* cum omnibus contentis in eadem, sicut superius sunt expressa.

De qua quidem parte idem dominus Petrus se tenuit plenarie pro contento, ac si convenienti concordia ipsam primitus acceptasset et si contingeret dictum dominum Iohannem partem illam, que incipit a *Duno*, de duabus partibus principalibus acceptare.

IV. Part de Philippe.

Et ad partem dicti Philippi venit et cessit pars, que incipit a *medietate Florenciacii pro indiviso* et terminatur a *medietate feudi de Bella Garda cum Casali Fabrorum,* cum omnibus contentis in eadem, ut superius sunt expressa.

De qua quidem parte idem Philippus se tenuit pro contento, ac si concordi convenientia ipsam primitus acceptasset et si contingeret dictum dominum Iohannem partem illam, que incipit a *Duno*, de duabus partibus principalibus acceptare.

V. Part d'Eustache.

Et ad partem dicti Eustachii venit et cessit pars, que incipit a *medietate ville Florenciacii pro indiviso* et terminatur *ad feudum Galoti Estandardi,* cum omnibus contentis in eadem, ut superius sunt expressa.

De qua quidem parte idem Eustachius se tenuit pro contento, ac si concordi convenientia ipsam primitus acceptasset et si contingeret ipsum dominum Iohannem partem illam, que incipit a *Duno,* de duabus partibus principalibus acceptare.

Conclusions.

Quibus omnibus ita gestis, dictis, conventis, ordinatis et factis, ac etiam divisis, ut superius est premissum, prenominati domini Theobaldus, Petrus, Philippus, Eustachius, et Franciscus cum auctoritate curatoris sui predicti, ibidem presentis, volentis, et cum eodem consentientis et sibi auctoritatem prestantis, omnia predicta et singula, sibi ad invicem, firmis pactis, stipulationibus vallatis, sub virtute iuramenti ad sancta quatuor Dei evangelia, ipsis tactis corporaliter, a se iterato prestiti, tenere, servare inviolabiliter perpetuo, et nunquam contravenire, per se vel per interpositam personam, promiserunt, sub forma tamen et conditionibus supradictis.

Et dictus Franciscus, certificatus de iure suo, ut dixit, cum consensu et auctoritate curatoris sui, ibidem presentis, renunciavit expresse beneficio restitutionis in integrum, ratione minoris etatis, et omni alii iuri, usui, et consuetudini terre vel loci, per quod posset venire contra predicta vel aliquid predictorum.

Et etiam predicti Philippus et Eustachius, scienter et consulte ac etiam expresse, renunciaverunt, sub virtute iuramenti a se supra prestiti, beneficio restitutionis in integrum, ratione minoris etatis, et omni alii iuri, usui, et consuetudini terre vel loci, per quod possent venire, in totum vel in parte, contra predicta vel aliquid preditiorum.

Et fuit actum inter predictos quinque fratres ultimo genitos quod, si in premissis vel aliquo premissorum aliqua sint dubia vel obscura, interpretatione vel declaratione digna, quod dominus Iohannes de Riparia, miles ; magistri Iohannes de Curvavilla, et Arnaldus Peysho, notarii, Mirapiscis clerici, ipsa possint simpliciter et de plano, secundum quod de hiis magis visum fuerit, expedire, et secundum Deum et suam bonam conscientiam, ipsa elucidare, interpretari et declarare ; et ad equalitatem reducere omnia illa que in premissis inequalitatem inventa fuerint contineri.

Acta fuerunt hec omnia apud Mirapiscem, anno Domini millesimo ccc°, regnante rege Philippo Francorum, quarto nonas Novembris in presentia et testimonio dominorum Guilalmerii Estandardi, Iohannis de Riparia, Iohannis de Arcisio, militum ; magistri Iohannis de Curvavilla ; Michaelis Marie ; Arnoldi Peysho, iunioris, de Mirapice ; et mei, Guillelmi Marie, notarii publici illustrissimi domini nostri regis Francie predicti, in senescalliis Carcassone et Bicterris, Tholose et Albiensis, qui cartam istam recepi, scripsi in formamque publicam redegi, et signo meo consueto, quo utor in publicis instrumentis, manu propria signavi.

Signum Notarii.

Acte de Partage projeté.

I. *Sommation faite à Jean de Lévis, l'aîné, par ses frères cadets : 1° Pierre de Lévis, clerc du Roi, tant pour lui que comme procureur de Thibaud, seigneur de Montbrun ; 2° Philippe, seigneur de Lautrec ; 3° Eustache ; 4° François, assisté de son curateur Simon de Rétoyre, de choisir le lot lui convenant le mieux dans les deux par eux préparés, dans l'acte du 2 novembre 1300, en vue de procéder au partage de la succession de leurs parents.*

Procuration à Pierre de Lévis par plusieurs de ses frères.

II. *Choix par Jean de Lévis du lot comprenant Dun comme endroit principal.*

III. *Augmentation du dit lot par les frères cadets en faveur de l'aîné.*

(Fonds Lévis-Mirepoix, liasse A1, n° 43).

12 Décembre 1300.

In nomine Domini amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo, illustrissimo rege Philippo Francorum regnante, die lune post festum sancti Nicolay yemalis, noverint universi, presentes pariter et futuri, quod venerabilis vir dominus, Petrus de Levis, clericus domini nostri regis Francie, existens in presentia nobilis viri domini Iohannis de Levis, militis, primogeniti fratris sui, dixit quod ipse erat procurator nobilis viri domini Theobaldi de Levis, militis, domini Montis Bruni, et Philippi de Levis, domicelli, vicecomitis Lautracensis, et de procuratione sua fecit fidem per quoddam publicum instrumentum, cuius tenor ibi fuit lectus et inferius est insertus ; comparuit etiam ibi Eustachius de Levis, domicellus, frater predicti domini Iohannis, pro se ; comparuit etiam Franciscus cum Simone de Retoyra, curatore suo, ut dicebat. Et predictus dominus Petrus, pro se et nomine suo, et nomine procuratorio fratrum suorum predictorum, scilicet predictorum dominorum Theobaldi et Philippi, auctoritate mandati sibi facti ab eisdem, et dictus Eustachius pro se, et dictus Franciscus cum auctoritate dicti curatoris sui, presentis et auctorisantis, requisierunt prefatum nobilem dominum Iohannem de Levis, militem, fratrem suum primogenitum, ut eligeret et reciperet

unam partem bonorum paternorum et maternorum, in duas partes divisorum, prout dixerunt contineri in quadam cedula pargameni, cuius cedule tenor inferius est insertus ; et quod, electa una de predictis que sibi magis placuerit, aliam eis dimittat et tradat, et quod eis habere faciat et tenere et firmam guirenciam faciat, talem qualem debet prestare frater fratribus suis in tali casu. Et ipsi promiserunt, facta electione et recepta parte a domino Iohanne, quod sibi facient talem guirenciam et securitatem, qualem facere tenebuntur.

Et ibidem dictus Franciscus, de auctoritate et consensu dicti curatoris sui, dedit specialem potestatem predicto Petro de Levis tradendi dicto domino Iohanni partem quam dictus dominus Iohannes elegerit, et recipiendi aliam partem quam dimiserit, et faciendi sibi securitatem nomine dicti Francisci et dicti curatoris. Et dedit specialem potestatem dicto Francisco confirmandi predicta et alia ordinandi, per virtutem proprii iuramenti ; volentes dictus Franciscus et curator suus quod quidquid fiet super premissis per dictum dominum Petrum, perinde valeat ac si per ipsum Franciscum cum suo curatore factum esset. Et pro premissis tenendis et conplendis et ratis habendis, dictus Franciscus, cum auctoritate sui curatoris, obligavit se et omnia bona sua.

Et predictam requisitionem fecerunt, ut superius, dicti fratres predicto domino Iohanni, dicentes quod, a tempore divisionis facte et presentate dicto domino Iohanni, quadraginta dies et amplius erant elapsi infra quos, secundum gallicanam consuetudinem, ut dixerunt, eligere debuisset.

Quibus peractis, predicti fratres recognoverunt predicto domino Iohanni quod predictus terminus XL dierum, de consensu eorum, usque ad presentem diem fuit prorogatus. Et predictus dominus Iohannes requisivit dictos fratres suos quod ipsi, sub obligatione omnium bonorum suorum, et per virtutem prestandi iuramenti ab eisdem, per se nec per alium venient contra predictam divisionem, nec contra partem quam recipiet idem dominus Iohannes, dicens se paratum eamdem securitatem eisdem faciendi.

Et dicti fratres requisierunt idem.

Et ibidem, dictus dominus Iohannes, pro se et successoribus suis, prestito iuramento super sancta quatuor Dei evangelia et sub

obligatione omnium bonorum suorum, promisit quod, electa et recepta parte dictorum bonorum, contra dictam divisionem non veniet, per se vel per alium ; ymo ipsam tenebit, custodiet et inviolabiliter observabit et per heredes suos faciet inviolabiliter observari.

Dictus vero dominus Petrus, pro se et nomine dictorum fratrum, et dictus Eustachius, pro se, et dictus Franciscus, auctoritate sibi prestita a dicto curatore suo, et volente et consentiente dicto curatore suo, iuramento prestito super sancta quatuor Dei evangelia a predictis, promiserunt, in virtute prestiti iuramenti, quod ipsi, cum electa facta fuerit et pars recepta per dictum dominum Iohannem, quod ipsi aliam recipient et quod contra dictam divisionem, per se vel per alios, non venient nec procurabunt quod aliquis veniet contra eam, ratione minoris etatis, vel alicuius deceptionis, vel aliquo privilegio iuris vel consuetudinis ; ymo omnia predicta tenebunt et complebunt et inviolabiliter observabunt et facient inviolabiter observari per se et heredes suos, et per dictum dominum Theobaldum et Philippum, ad requisitionem dicti domini Iohannis. Et omnia predicta promiserunt predictus dominus Iohannes et predicti fratres presentes, pro se et heredibus suis, salvo, protestato et retento in omnibus iure suo, super bonis que tenet nobilis domicella Ysabellis de Levis, soror sua, domina de Bragayraco, vel alius pro eadem ; super quibus bonis per premissa non intendunt iuri suo in aliquo derogare.

Procuration donnée à Pierre de Lévis par ses frères Thibaud et Philippe pour agir, en leur nom, dans le partage de la succession de leurs parents avec Jean leur aîné.

6 Novembre 1300.

Tenor vero dicte procurationis domini Petri, de qua superius est facta mentio, talis est :

Anno Domini millesimo trecentesimo, domino Philippo, illustrissimo Francorum rege, regnante, sexta die introytus mensis novembris, noverint universi quod nos, Theobaldus de Levis, miles, dominus Montis Bruni, et Philippus de Levis, domicellus, vicecomes Lautra-

censis, fratres, olim filii inclite recordationis domini Guidonis de Levis, olim domini Mirapiscis, facimus, constituimus et etiam ordinamus certum et specialem procuraterem nostrum, venerabilem virum Petrum de Levis, fratrem nostrum, domini nostri regis clericum, eidem plenam generalem et liberam protestatem concedendo requirendi nobilem virum, dominum Iohannem de Levis, militem, primogenitum fratrem nostrum, quod recipiat partem et eligat terre et successionis paterne et materne, iuxta divisionem et partitionem de dicta terra et successione factam per nos et ceteros fratres nostros iuniores, et eidem domino Iohanni oblatam, prout facere debet et tenetur, et iuxta usum et consuetudinem gallicanam et, electione per ipsum accepta, partem quam dimittet, pro nobis et nostro nomine, recipiendi, iuxta divisionem predictam, necnon et omnia et singula faciendi, que ad factum divisionis predicte pertinere noscuntur ; preterea, ad ipsum conveniendum et ad compellendum eumdem fratrem nostrum primogenitum ad predictam divisionem et electionem faciendam et accipiendam, si sponte dictam electionem seu optionem noluerit acceptare ; inde, coram quocumque iudice seu iudicibus et in curiis quibuscunque et coram eis, si necesse fuerit, agendi, defendendi, excipiendi, replicandi, triplicandi, litem seu lites ingredi (*sic*), de calumpnia et de veritate dicenda, in animam nostram iurandi et subeundi quodlibet alterius generis iuramentum ; testes et instrumenta producendi, sententiam et sententias audiendi, appellandi quoque tam ab interlocutoria quam a diffinitiva sententia, et appellationem seu appellationes prosequendi, impetrandi, proponendi et contradicendi, demum cetera omnia et singula faciendi et procurandi, que premissis fuerint opportuna, et que nos faceremus vel facere possemus, si omnibus adessemus.

Ne vero dictum procuratorem nostrum satisdationis onere deceat aggravari, volentes ipsum ab omni satisdationis onere relevare, nosque pro ipso fideiussores constituendo et bona nostra omnia, nomine fideiussorio obligando, promittimus tibi, notario infrascripto, stipulanti et recipienti nomine et vice omnium absentium, quorum interest vel interesse potest, pro dicto procuratore nostro, iudicatum solvi, cum suis clausulis universis ; et nos gratum, ratum et firmum perpetuo habituros quidquid per dictum procuratorem nostrum actum,

negociatum, defensum fuerit, vel aliàs procuratum, ac si nobiscum et per nos omnia personaliter acta forent, nosque pro eo fideiussores constituendo, et bona nostra omnia nomine fideiussorio obligando.

Huius rei sunt testes : magister Arnaldus Piscis, notarius, Ordinus de Carnayo, Philippus de Retoyra, domicelli ; et ego Bertrandus de Mazeris, notarius publicus ville et terre Mirapiscis, Carcassone, domini nostri regis, et totius senescallie Carcassonne et Biterris, qui cartam istam scripsi et signavi. *Signum notarii.*

Cédule présentée à Jean par ses frères, pour l'inviter à choisir le lot qui lui conviendrait le mieux (1).
Choix de Jean, qui prend le lot de Dun.

Oblatio istarum duarum partium fuit facta et oblata nobili viro, domino Iohanni de Levis, filio primogenito nobilium domini Guidonis de Levis, domini predictorum locorum, et domine Ysabellis, eius uxoris, viam universe carnis ingressorum, per dominos Theobaldum, Petrum, Philippum, Eustachium et Franciscum, fratres eiusdem domini Iohannis ultimo genitos, anno Domini millesimo trecentesimo, die veneris post festum beati Luche evangeliste ; presentibus fratribus Bochardo de Levis ; Berengario, custode Tholose ; Petro Guillelmi, gardiano Mirapiscis ; Philippo de Malorasio, de ordine Minorum ; Petro de Sarnasio, senescallo predictorum nobilium ; Michaele Marie, procuratore eorum ; et Arnaldo Peyso notario.

Post hec, predictus dominus Iohannes, deliberato consilio, elegit partem Duni, cum omnibus villis et locis designatis in dicta parte Duni, prout continetur in dicta cedula ; et aliam partem Mirapiscis, cum omnibus villis et locis predictis, dimisit predictis aliis fratribus suis ; absolvens et quittans dictis fratribus suis, scilicet : domino Petro, presenti et recipienti pro se et aliis fratribus suis absentibus, scilicet pro domino Theobaldo et Philippo et Francisco, et dicto Eustachio, presenti et recipienti pro se. Et predicti fratres, scilicet dominus Petrus pro se, et nomine dominorum Theobaldi et Philippi et Francisci procuratorio nomine, et dominus Eustachius pro se, receperunt dictam partem Mirapiscis ; absolventes et quittantes

(1) Voir plus haut, pp. 357-359, l'acte de partage projeté.

quidquid iuris habebant et habere debebant in parte electa et accepta per dictum dominum Iohannem, ratione paterne et materne successionis, vel aliàs, quoquo modo.

Et predicti fratres scilicet : dominus Iohannes, pro se et successoribus suis, et dominus Petrus, pro se et pro domino Theobaldo, et pro dicto Francisco (1), et eorum successoribus, et dictus Eustachius, pro se et successoribus suis, promiserunt, sibi ab invicem, in virtute prestiti iuramenti ab eisdem et sub obligatione predicta, omnia premissa et singula tenere, complere et inviolabiliter observare, salvo et retento in omnibus iure suo, quod habent, vel credunt habere in bona que tenet et possidet predicta nobilis Isabellis, soror eorum, domina de Bragayraco, vel alius pro eadem, prout superius est ordinatum.

Fuit etiam actum inter eos quod, si aliqua bona, mobilia vel immobilia, remanerent indivisa, ex certa scientia vel per oblivionem, quod ea possint tenere pro indiviso, vel dividere, quin eis videbitur expedire.

Augmentation du lot de Jean par ses frères.

Voluerunt etiam dominus Petrus, pro se et fratribus suis predictis, et dictus Eustachius pro se, quod grangia, columbaria, feriale, jardinum cum cavea, ortus Batudi, ortus molendini de Haurico, ortus iuxta Fratres Minores cum piscario, domus Carpentarie, ortus molendini de bario, et aula Petri Rogerii sint de parte domini Iohannis, non obstante ordinatione predicta ; absolventes et quittantes predicto domino Iohanni et heredibus suis quidquid iuris habent vel habere debent in rebus proxime nominatis.

Conclusion de l'acte de partage.

Et omnia premissa fuerunt dicta, facta et ordinata per predictos fratres, salvo iure hominum subditorun utriusque partis, quod in pascuis et tallivis, consuetis et assignatis, per predicta eis nullum preiudicium generetur ; ymo, voluerunt et concesserunt quod in

(1) C'est sans doute par erreur que l'autre frère, Philippe, cité dans les paragraphes précédents, est omis en cet endroit.

sua saysina homines supradicti remaneant omnium premissorum.

Acta fuerunt hec omnia anno et die quibus supra, apud Mirapiscem, in presentia et testimonio fratris Bochardi de Levis, fratris Petri Guillelmi, de ordine Minorum; dominorum Petri de Vicinis, Iohannis de Riparia, Petri Tartarini, Iohannis de Birono, militum; magistri Guillelmi de Gozenchis, iurisperiti; Petri de Sarnasio; Philippi de Sancto Arnulpho; Arnaldi Piscis, clerici de Mirapisce; Iohannis Pochero, burgensis de Sancto Dyonisio; et mei, Petri Ysarni, de Mirapisce, notarii publici illustrissimi domini regis Francorum in senescallia Carcassone et Biterris, qui, iussu predictorum, cartam istam recepi, scripsi, et in publicam forman redegi, et signo meo signavi.

Répartition des charges de la succession.

Après la partage de la succession de leurs parents, Jean de Lévis et ses cinq frères se répartirent entr'eux les charges consistant en rentes de grains ou d'argent au profit de couvents et de divers autres bénéficiaires.

Fonds Lévis-Mirepoix, liasse A 1, nº 45.

1301, 24 Juillet.

Anno Domini millesimo trecentesimo primo, rege illustrissimo Francorum Philippo regnante, die lune, in vigilia beati Iacobi apostoli, videlicet nono Kalendas Augusti, noverint universi, presentes pariter et futuri, quod, constituti in presentia mei notarii et testium infra scriptorum, nobiles viri dominus Iohannes de Levis, dominus Mirapiscis, Petrus de Levis, Philippus, Eustachius et Franciscus de Levis, fratres, cum auctoritate domini Philippi de Riparia, militis, curatoris sui, ut dicebatur, filii et heredes inclite recordationis nobilis viri domini Guidonis de Levis, domini Mirapiscis, et nobilis domine Isabellis de Marliaco, pro se, et nomine domini Theobaldi de Levis, militis, fratris eorumdem, absentis ; tractantes de divisione seu partitione assisiarum suarum perpetuarum, quolibet anno, per ipsos, et heredes et successores suos, solvendarum, seu quas debent in perpetuum solvere tam de denariis quam de bladis, ordinationem dicte divisionis seu partitionis dictarum assisiarum tam de denariis quam de bladis, seu divisionem, seu partitionem eorumdem, pro se et dicto domino Theobaldo, et eorum heredibus et successoribus, fecerunt modo et forma quo sequitur :

Quam quidem ordinationem, divisionem, seu partitionem predictarum assisiarum perpetuarum de denariis et bladis, pro se et heredibus et successoribus suis, tenere, servare, et non contravenire per se vel aliquam aliam personam interpositam, occulte vel manifeste, promiserunt. Predictam autem divisionem, seu partitionem predictarum assisiarum fecerunt in hunc modum :

I. *Et primo de denariis.*

Ita videlicet quod, cum predictus nobilis vir dominus Iohannes de Levis, dominus Mirapiscis, secundum partem et fratriscam suam, deberet solvere, pro parte et fratrisca ipsum contingente, de dictis assisiis denariorum perpetuo solvendorum, ducentas decem octo libras et tres solidos et sex denarios turonensium ; et predictus dominus Theobaldus, frater suus, eidem domino Iohanni deberet [solvere] decem libras turonensium annui redditus, inibi fuit dictum inter dictos fratres, ratione et occasione talhivi seu usagii, que petebant homines ville Mirapiscis in nemoribus seu forestis predictorum dominorum, fuit dictum et ordinatum inter eos quod predictus dominus Theobaldus, et eius heredes et successores, solvant et solvere teneantur, pro ipso domino Iohanne et nomine ipsius et heredum et successorum suorum, predictas decem libras turonensium, prout inferius est ordinatum.

Item, cum dictus Petrus, scilicet eius frater predictus, eidem domino Iohanni deberet, ut ibi fuit dictum, alias decem libras turonesium, ratione talhivi seu usagii, que petebant homines de Mirapisce, fuit ordinatum inter predictos fratres quod predictus dominus Petrus, et eius heredes et successores, solvant et solvere teneantur, pro ipso domino Iohanne, et nomine ipsius et heredum suorum, predictas decem libras turonensium, prout inferius est ordinatum.

Item, cum predictus Philippus de Levis deberet eidem domino Iohanni, ut ibi fuit dictum, alias decem libras turonensium, ratione et occasione talhivi seu usagii, que petebant homines de Mirapisce in nemoribus seu forestis predictorum dominorum, ut dictum est, annui redditus ; et deberet solvere decem octo libras et sexdecim solidos et quatuor denarios turonensium eidem nobili Iohanni, et heredibus et successoribus suis annui redditus, ratione et occasione refectionis et emendationis partis hereditatis et fratrisce sue, excedentis et plus valentis quam pars predicti domini Iohannis, secundum quantitatem et fratriscam suam, fuit dictum et ordinatum inter ipsos fratres quod predictus Philippus, et eius heredes et successores, solvant et solvere teneantur, pro ipso domino Iohanne

et nomine ipsius et heredum suorum, predictas summas pecunie, prout inferius est ordinatum.

Item, cum Eustachius de Levis predictus deberet predicto domino Iohanni decem libras turonensium annui redditus, ratione et occasione talhivi sive usagii predicti ; et deberet centum undecim solidos turonensium annui redditus eidem domino Iohanni, ratione et occasione refectionis et emendationis partis hereditatis et fratrisce sue, excedentis et plus valentis quam pars dicti domini Iohannis, secundum quantitatem et fratriscam, fuit dictum et ordinatum inter dictos fratres quod predictus Eustachius, et eius heredes et successores, solvant et solvere teneantur, pro dicto domino Iohanne, et et nomine ipsius et heredum et successorum suorum, predictas summas pecunie, prout inferius est ordinatum.

Item, cum Franciscus de Levis predictus deberet predicto domino Iohanni de Levis decem libras turonensium annui redditus, ratione et occasione talhivi seu usagii predicti ; et deberet scilicet eidem domino Iohanni undecim libras et quinque denarios turonensium, ratione et occasione refectionis et emendationis partis hereditatis et fratrisce sue, excedentis et plus valentis quam pars dicti domini Iohannis, secundum quantitatem et fratriscam, fuit dictum et ordinatum inter predictos fratres quod predictus Franciscus de Levis, et eius heredes et successores, solvant et solvere teneantur, pro dicto domino Iohanne, et nomine ipsius et heredum et successorum suorum, predictas summas pecunie, prout inferius est ordinatum.

Et sic, deductis predictis summis pecunie, quas debebant predicti fratres predicto domino Iohanni, a predicta summa sua, videlicet a ducentis decem octo libris et tribus solidis et sex denariis turonensium, fuit [ordinatum] quod predictus dominus Iohannes de Levis deberet tantum de predictis assisiis denariorum, pro parte sua et fratrisca, centum triginta duas libras et sexdecim solidos turonensium. De quibus fuit ordinatum per predictos fratres quod predictus dominus Iohannes de Levis, et eius heredes et successores, solvant et solvere teneantur quolibet anno :

Fratribus Minoribus de Mirapisce, centum libras turonensium ;

Et abbati seu conventui monasterii de Rocha in Francia, triginta duas libras et sexdecim solidos turonensium, tantum.

Quas quidem centum triginta duas libras et sexdecim solidos turonensium predictus dominus Iohannes de Levis, pro se et heredibus et successoribus suis, promisit solvere quolibet anno, videlicet : centum libras turonensium Fratribus Minoribus de Mirapisce ; et triginta duas libras sexdecim solidos turonensium abbati seu conventui Roche, ut supra dictum est et ordinatum ; promittensque predictus dominus Iohannes de Levis, pro se et heredibus eiusque successoribus, de predictis centum triginta duabus libris sexdecim solidis turonensium, alios fratres suos, et eorum heredes et successores, servare indempnes, sub hypoteca et obligatione omnium bonorum suorum (1).

Item fuit ordinatum et divisum inter predictos fratres quod, cum dominus Theobaldus de Levis predictus, secundum partem et fratriscam suam, deberet de dictis assisiis quinquaginta tres libras et duodecim solidos et octo denarios turonensium, videlicet : quadraginta tres libras et duodecim solidos et octo denarios turonensium, ratione partis hereditatis et fratrisce sue de dictis assisiis, et decem libras turonensium, ratione talhivi seu usagii predicti hominum de Mirapisce, quod ipse dominus Theobaldus, et eius heredes et successores, solvant et solvere teneantur quolibet anno :

Abbati seu conventui Roche in Francia decem novem libras et quindecim solidos turonensium.

Et domino Guilharmerio de Bellagarda, militi, duodecim libras et quindecim solidos turonensium ;

Et Ramundo de Arsiton, de Mirapisce, decem libras turonensium ;

Et Aufrido Venatori, de Mirapisce, decem libras turonensium ;

Et Eustachio de Levis, fratri suo, viginti duos solidos et octo denarios turonensium.

Item fuit ordinatum et divisum inter fratres predictos quod, cum predictus dominus Petrus deberet, secundum partem suam, de predictis assisiis quinquaginta tres libras et duodecim solidos et octo denarios turonesium, videlicet : quadraginta tres libras duodecim solidos octo denarios turonensium, ratione partis sue de dictis

(1) *Après chaque attribution à l'un des frères, vient cette formule de style pour promettre le payement avec garantie sur les biens ; nous ne l'avons répétée qu'une fois.*

assisiis, et decem libras turonensium, radione talhivi seu usagii predicti hominum ville Mirapiscis ; quod ipse dominus Petrus, et eius heredes et successores, solvant et solvere tenentur quolibet anno :

Predictas quinquaginta tres libras et duodecim solidos et octo denarios turonensium Fratribus Minoribus de Florenciaco.

Item fuit ordinatum et divisum inter predictos fratres quod, cum Philippus de Levis predictus deberet de dictis assisiis, secundum partem suam, septuaginta duas libras et novem solidos turonensium, videlicet : quadraginta tres libras et duodecim solidos et octo denarios turonensium, ratione partis et fratrisce sue, de dictis assisiis, et decem libras turonensium, ratione talhivi seu usagii hominum ville Mirapiscis, et octodecim libras et sexdecim solidos et quatuor denarios turonensium, ratione et occasione partis sue seu fratrisce sue, excedentis partem dicti domini Iohannis, secundum quantitatem suam, ut dictum est, quod ipse Philippus, et eius heredes et successores, solvant et solvere teneantur, quolibet anno :

Abbati seu conventui monasterii Roche predicti predictas septuaginta duas libras et novem solidos turonensium.

Item fuit ordinatum et divisum inter predictos fratres quod, cum Eustachius de Levis predictus deberet de predictis assisiis, ad partem suam, quinquaginta novem libras et tres solidos et octo denarios turonensium, videlicet : quadraginta tres libras et duodecim solidos et octo denarios turonensium, ratione partis et fratrisce sue, de dictis assisiis, et decem libras turonensium, ratione et occasione talhivi seu usagii predicti hominum de Miraspisce, et centum undecim solidos turonensium, ratione et occasione refectionis et emendationis partis et fratrisce sue, excedentis partem dicti domini Iohannis, est dictum est, secundum divisionem factam de hereditate paterna et materna inter predictos fratres iuniores ; quod predictus Eustachius, et eius heredes et successores, solvant et solvere teneantur quolibet anno, ratione dictarum assisiarum, viginti duos solidos et octo denarios turonensium, quos sibi debet dictus dominus Theobaldus eius frater, videlicet :

Fratribus Minoribus de Florentiaco quadraginta sex libras et septem solidos et quatuor denarios turonesium ;

Et domino Iohanni de Arsiton, militi, tredecim libras et decem novem solidos turonensium.

Item, fuit ordinatum et divisum inter fratres predictos quod, cum Franciscus de Levis predictus deberet ad partem suam, de dictis assisiis, sexaginta quatuor libras et tredecim solidos turonensium, videlicet : quadraginta tres libras duodecim solidos et octo denarios turonensium, ratione partis hereditatis et fratrisce sue de dictis assisiis, et decem libras turonensium, ratione talhivi seu usagii predicti hominum de Mirapisce, et undecim libras et quinque denarios turonensium, ratione et occasione partis hereditatis sue paterne et materne, excedentis partem dicti domini Iohannis, secundum quantitatem et fratriscam suam, ut dictum est ; quod ipse Franciscus, et eius heredes et successores, solvant et solvere teneantur quolibet anno, ratione dictarum assisiarum, videlicet :

Domino Guillelmo de Gornasio, militi, triginta sex libras et duos solidos turonensium ;

Et domino Philippo de Riparia, militi, duodecim libras et decem solidos turonensium ;

Et domino Iohanni de Arsiton, militi, sexdecim libras et duodecim denarios turonensium.

Et ibidem, predictus dominus Iohannes de Levis, facta sic divisione et assignatione dictarum assisiarum, recognovit predictis fratribus suis, videlicet : domino Theobaldo absenti, et michi, notario infrascripto, pro ipso stipulanti et recipienti, quod de decem libris turonensium, quas sibi debebat annui redditus predicti, ratione talhivi seu usagii hominum de Mirapisce, est sibi pleniter satisfactum ; et illud idem recognovit predicto domino Petro, presenti, quod de decem libris turonensium, quas sibi debebat annui redditus, ratione talhivi seu usagii, est sibi pleniter satisfactum. Eodem modo, recognovit dictus dominus Iohannes Philippo de Levis predicto quod de decem libris turonensium, quas sibi debebat ratione dicti talhivi, et de octodecim libris et sexdecim solidis et quatuor denariis turonensium, quos sibi debebat ratione partis hereditatis sue, ut supra dictum est, quolibet anno, est sibi pleniter satisfactum. Eodem modo, recognovit Eustachio de Levis predicto quod de decem libris turonensium annui redittus, quas sibi debebat ratione dicti talhivi, et de

centum et undecim solidis turonensium annui redictus, quos eidem debebat ratione partis hereditatis sue, ut dictum est, est sibi pleniter satisfactum. Eodem modo, recognovit predictus dominus Iohannes Francisco, fratri suo predicto, quod de decem libris turonensium annui reditus, quas eidem debebat ratione talhivi predicti, et de undecim libris et quinque denariis turonensium, quos sibi debebat, ratione partis hereditatis sue, ut superius dictum est, quolibet anno, est sibi pleniter satisfactum. Unde absolvit et quittavit predictos fratres suos, et eorum successores, quantum ad predictas quantitates pecunie et omnia bona sua ; faciendo eisdem et suis solemne pactum « de aliquid ulterius non petendo » quoad predictas summas pecunie ; volens quod si carte, vel alia scripturarum genera, de predictis summis pecunie invenirentur, quod pro cassis et nullis habeantur, et quod non possint sibi vel suis prodesse, nec predictis fratribus suis, nec suis obesse.

II. — *Rentes en grain.*

Divisio seu fratisca assisiarum perpetuarum [est] talis, videlicet quod fuit ordinatum et divisum inter predictos fratres presentes :

Quod predictus dominus Iohannes de Levis, dominus Mirapiscis, pro parte et fratrisca sua de dictis assisiis bladorum perpetuis, et eius heredes et successores, solvant et solvere teneantur, videlicet :

Monasterio Bolbone, sex modios frumenti et septem modios ordei ;

Et domui Sancte Trinitatis de Mirapisce, sex modios et sex sextarios frumenti, et quatuor modios et quatuor sextarios ordei.

Quod quidem bladum predictum dominus Iohannes, pro se et heredibus et successoribus suis, promisit solvere, quolibet anno, locis superius designatis ; promittens, pro se et heredibus et succesribus suis, alios fratres suos, et eorum heredes et successores, de predicto blado servare indemnes, sub hypoteca et obligatione omnium bonorum suorum.

Item, fuit ordinatum et divisum inter ipsos fratres quod dominus Theobaldus predictus, et eius heredes et successores, solvant et solvere teneantur, pro parte et fratrisca sua, de dictis assidiis, videlicet :

Monasterio Combe Longe, duos modios bladi, tantum frumenti, et duas partes ordei ;

Et monasterio de Proliano, unum modium ordei.

Et domino Iohanni de Levis, fratri suo predicto, undecim sextarios et tres punherias ordei, cum predictus dominus Iohannes solvat, amplius quam debeat secundum partem et fratriscam suam, et dominus Theobaldus minus quam deberet, illos undecim sextarios et tres punherias ordei, secundum partem suam fratrisce sue ; et ideo fuit recompensatum quod predictus dominus Theobaldus solvat predicto domino et successoribus suis dictos undecim sextarios et tres punherias ordei.

Item, fuit ordinatum et divisum inter ipsos fratres quod dominus Petrus de Levis predictus, et eius heredes et successores, solvant et solvere teneantur, pro parte sua, de dictis assisiis, videlicet :

Domino Amalrico de Canda, militi, et heredibus et successoribus suis, duos modios frumenti et tres modios ordei.

Formule de promesse de payer la rente avec garantie sur les biens ; la formule se répète après chaque attribution à l'un des frères.

Item, fuit ordinatum et divisum inter eos quod Philippus de Levis predictus, et eius heredes et successores, solvant et solvere teneantur quolibet anno, de dictis assisiis, videlicet :

Hospitali de Lodeva, Agathensis diocesis, duos modios frumenti ;

Et abbatie Vallis Magne, eiusdem diocesis, unum modium, octo sextaria et unum cartarium frumenti.

Item, fuit ordinatum et divisum inter eos quod Eustachius de Levis predictus, et eius heredes et successores, solvant et solvere teneantur quolibet anno, de dictis assisiis, ad partem et pro parte sua :

Monasterio de Proliano septem modios ordei.

Item, fuit ordinatum et divisum inter eos quod Franciscus de Levis predictus, et eius heredes et successores, solvant et solvere teneantur quolibet anno, de dictis assisiis, pro parte sua, videlicet :

Aufrido Venatori, de Mirapisce, et eius successoribus, duos modios frumenti et unum modium ordei ;

Et abbatie Vallis Magne, Agathensis diocesis, septem sextarios et tres carterias frumenti ;

Et domino Amalrico de Canda, militi, et eius successoribus, unum modium ordei.

Et domino Iohanni de Levis, fratri suo predicto, et eius successoribus, unum sextarium ordei, cum dominus Franciscus minus solvat quam deberet, secundum partem suam, illum sextarium ordei, et dominus Iohannes solvat illum plus ; quare fuit recompensatum quod dictus Franciscus sibi solvat illum sextarium ordei.

Predictam dictam divisionem, ordinationem seu partitionem dictarum assisiarum perpetuarum, quas debent solvere perpetuo, tam de denariis quam de bladis, predicti fratres, scilicet : dominus Iohannes de Levis, Petrus, Philippus, Eustachius, et Franciscus de Levis, cum autoritate dicti curatoris sui, ut est dictum est, presentes, promiserunt pro se et heredibus suis, et domino Theobaldo, fratre eorum, absente, et successoribus suis, tenere, servare, et non contravenire, in toto vel in parte, per se vel aliquam personam interpositam, occulte vel manifeste, et solvere quolibet anno, personis et locis superius ordinatis, et eorum successoribus, sub hyporeca et obligatione omnium bonorum suorum ; renunciantes omni iuris auxilio, tam canonico quam civili, et terre consuetudini, per quod vel quam contra predicta et aliquid predictorum venire possent ullo modo.

Horum omnium sunt testes : dominus Iohannes de Riparia, dominus Philippus de Riparia, fratres ; dominus Petrus Tartarini ; dominus Amalricus de Canda, milites ; magister Iohannes de Curvavilla, canonicus Sancti Iohannis Laudunensis ; Philippus de Sancto Arnulpho, de Mirapisce.

Ratification de l'acte par Thibaud.

Post hec, anno et die quibus supra, dominus Theobaldus de Levis predictus, per se et heredes, et deinceps successores suos, omnia predicta et singula facta, dicta, ordinata et divisa per dictos fratres suos, roboravit, ratificavit, voluit, et etiam confirmavit ; promittens quoque, pro se et omnibus heredibus et successoribus suis, solvere, quolibet anno, predictos denarios et predictum bladum, quantum tangit partem, prout superius est ordinatum et divisum per predictos fratres suos, personnis et locis superius designatis et ordinatis, et eorum successoribus ; promittens quoque predictus dominus Theobaldus, pro se et heredibus et successoribus suis, alios fratres suos

et eorum successores, de predictis denariis et bladis ipsum tangentibus, servare indemnes, sub hypoteca et obligatione omnium bonorum suorum.

Huius confirmationis et ratificationis sunt testes magister Iohannes de Curvavilla, canonicus predictus ; Odinus de Sarnasio, domicellus ; magister Arnaudus [de] Pisce, de Mirapisce, notarius.

Et ego, Petrus Isarni, notarius publicus Carcassone, et etiam totius senescallie Carcassone et Bitterris, qui omnibus predictis interfui, et, ad requisitionem dictorum dominorum, cartam istam recepi et in publicam formam redegi, et signo meo consueto signavi.

Le présent extraict a esté tiré de son original par autre main, à moi Jean Jalabert, notaire royal, fidèlement exhibé et retiré par Monsieur le Comte de Bioule, avec moy dit notaire soubsigné, ce jourd'huy doutziesme ianvier mil six cens trente quatre.

Signé : Bioule,
et plus bas : Jalabert, notaire.

Partage entre Jean de Lévis II et Gaston de Lévis, son frère cadet, des biens indivis provenant de la succession de leur père Jean de Lévis Ier, seigneur de Mirepoix (1).

Fonds Lévis-Léran, liasse A 1, n° 1.

27 Novembre (2) 1329.

En 1319, à la mort de Jean Ier de Lévis, seigneur de Mirepoix, sa succession resta indivise entre ses deux fils Jean et Gaston, qui, en attendant le partage, se qualifièrent de coseigneurs de Mirepoix. Leur mère, Constance de Foix, qui avait fixé sa résidence au château de Léran, survécut jusqu'au 8 septembre 1332. Elle fut, avec son fils aîné, chargée de la tutelle de Gaston ; elle reçut cette mission en vertu de lettres patentes du roi (3), qui, entre autres clauses, portaient que Gaston, parvenu à sa majorité, pourrait exiger le partage de la succession paternelle.

C'est ce qui arriva au mois de novembre 1319 ; à cette époque, le cadet soumit à son aîné un projet de division comprenant quatre lots, chacun de valeur à peu près égale ; il laissait à Jean la faculté d'en choisir trois à son gré et promettait de se contenter de celui qui resterait. Comme le père des copartageants avait légué à sa femme, Constance de Foix, à titre de douaire, la jouissance viagère des biens de la succession, il fut spécifié qu'elle garderait ce droit et qu'elle bénéficierait des avantages réservés au profit de l'aîné. En outre, les biens partagés devaient, pendant la vie de Constance, avoir une administration commune, à la tête de laquelle seraient préposés divers officiers, juge de première instance, juge d'appel, procureur, receveur et autres agents de l'organisation féodale.

La succession maternelle ne donna pas lieu à un partage anticipé ; le règlement en fut ajourné après la mort de Constance.

Jean avait dix jours pour faire le choix des lots, à partir du moment où il serait mis en demeure d'opter ; autrement, il y serait contraint par les voies de droit.

Dans les propositions dont Gaston avait pris l'initiative, il ne fut question que des biens situés dans la sénéchaussée de Carcassonne. On ne trouve aucune trace de ceux de l'Ile-de-France, pas plus que de ceux du Bas-Languedoc,

(1) *Inventaire historique et généalogique de l'inventaire des archives du château de Léran*, t. I, pp. 102-105.

(2) C'est par erreur que, dans l'ouvrage précédent, p. 102, on fixe cet acte au VII des Calendes de septembre, 25 août : il s'agit du VII des Calendes de décembre, 25 novembre.

(3) Cet acte n'existe pas aux archives de Léran.

situés dans les diocèses d'Agde et de Béziers. Cependant, lors du partage de 1300 fait entre les fils de Gui III, l'aîné avait reçu plusieurs seigneuries de ces deux régions ; exclues de l'accord de 1329, elles restèrent encore quelque temps dans l'apanage du chef de la maison.

Chaque lot du partage fut désigné par le nom de la localité la plus importante qu'il contenait :

Ier lot : Mirepoix, avec l'obligation de payer, chaque année, aux habitants de cette ville : 1° une rente de cent livres tournois, à raison (1) d'indemnité forestière ; 2° pareille somme au couvent des Frères Mineurs ; 3° quinze livres à un prêtre du chapitre cathédral (2) ; 4° diverses rentes en grain et en argent au couvent de Beaulieu, près Mirepoix, fondé par Constance de Foix ;

IIe lot : Pierrefite ;

IIIe lot : Laroque-d'Olmes ;

IVe lot : Léran, avec l'obligation de fournir en grain la rente nécessaire à l'entretien d'un chapelain dans le château.

Des forêts étaient jointes à chaque lot qui, en outre, comprenait un certain nombre de fiefs possédés par des vassaux nobles.

Des accords furent faits, au sujet de la façon dont on devrait procéder au payement des leudes à La Roque-d'Olmes et à La Bastide-de-Congoust.

L'acte de partage fut passé, au château de Léran, dans une chambre au-dessus de la grande salle, le 25 novembre 1329, en présence de plusieurs gentilshommes, ecclésiastiques et gens de roi.

Suivant l'offre de son cadet, Jean fit son choix, prit les trois premiers lots, qui devaient former son apanage ; il laissa le quatrième à Gaston, qui en fit le siège de sa seigneurie et en ajouta le nom à celui de sa famille. Telle est l'origine de la branche Lévis-Léran, qui a survécu aux autres branches de la famille et a conservé le berceau de sa race.

Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo vicesimo nono, regnante domino Philippo, rege Francorum illustrissimo, videlicet die sabbati, in festo beate Catarine virginis, intitulata septimo kalendas decembris, noverint universi quod egregius vir, dominus Gasto de Levis, condominus Mirapiscis, archidiaconus Engolismensis, constitutus apud Leranum, in camera, que est subtus

(1) *Inventaire historique,* op. cit., p. 102.

(2) Il s'agit du couvent des Frères Mineurs et du chapitre cathédral de Mirepoix.

aulam castri ipsius loci, coram egregio viro domino Iohanne de Levis, condomino Mirapiscis, fratre suo, dixit eidem domino Iohanni fratri suo quod, licet ipse dominus Gasto, de rebus, bonis ac iuribus inter eos communibus non teneretur facere divisionem et dicto domino Iohanni dare electionem, nichilominus ipse dominus Gasto de Levis, ob amorem et honorem dicti domini Iohannis, voluit ipsam divisionem facere et dicto domino Iohanni dare electionem, prout continebatur in quodam rotulo.

Quem rotulum (1).... presentavit ac tradidit [Gasto] dicto domino Iohanni, petenti, requirenti et recipienti, salvo et protestato specialicer et retento per ipsum dominum Iohannem, in omnibus et per omnia, iure suo, super hiis eidem competente et competere debente, secundum consuetudines vicecomitatus seu prepositure Parisiensis, aut aliàs ullo modo, quod contenta in dicto rotulo et petita per dictum dominum Gastonem, sibi, nec iuri suo, in aliquo preiudicare possint.

Et dixit [Iohannes] se velle super contentis pro consueto deliberare, cum non haberet ibi, sicut dixit, suum consilium, cum quo tunc, consulte et tute, posset deliberare super contentis in rotulo predicto inferius inserto, facta collatione cum alio dicto domino Iohanni tradito, et reperto plane ac integre convenire cum eodem substancialiter et in effectu, nihil addito vel mutato quod possit commutare substantiam veritatis.

Pro quibus omnibus ac singulis, dictus dominus Gasto requisivit me, notarium infrascriptum, ut de predictis omnibus et singulis sibi retinerem ac conficerem publicum instrumentum seu publica instrumenta, si plura habere vellet. Et dictus dominus Iohannes, recipiens dictum rotulum, requisivit magistrum Arnaldum Durandi, notarium publicum, ibidem presentem, ut collationem antedictam faceret, et sibi de omnibus et singulis predictis reciperet ac faceret publicum instrumentum seu publica instrumenta, si plura habere vellet.

Tenor vero dicti rotuli, de quo superius habetur mentio, talis est :

Acte de partage présenté à Jean par son frère Gaston.

Constitutus coram vobis egregio viro, domino Iohanne de Levis, condomino Mirapiscis, fratre meo revendissimo, ego, Gasto de

(1) Lacune dans le texte.

Levis, condominus Mirapiscis, archidiaconus Engolomensis, notifico, modo ac forma quibus possum et debeo, quod ego, in et sub modo, forma, pretestationibus ac reservationibus infrascriptis, a quibus tacite vel expresse, aut verbo seu facto etiam contrario, decedere vel hiis renunciare non intendo; imo ea in quolibet articulo, dicto ac posito infrascriptorum, pro scriptis, positis, repetitis ac reiteratis habere volo. Inter vos pro tribus partibus, et me pro quarta parte, pro indiviso, nunc communes, in quatuor partes infrascriptas divido. De quibus quatuor partibus vos [debetis], sub eisdem modo et forma, protestationibus, reconventionibus ac reservationibus, tres partes eligere et pro vobis recipere; et reliquam quartam partem michi, plene et libere, ac absolute dimittere, infra decem dies continuos, immediate sequentes, absque alia contradictione, oppositione, mora ac diffugio, omnino habeatis.

Première part : Mirepoix.

In prima igitur parte, in nomine domini nostri Ihesu Christi, et gloriose matris sue, et totius Curie Celestis, pono et assigno : totam nostram civitatem Mirapiscis, cum iuribus ac pertinentiis suis, et omnibus et singulis rebus, bonis et iuribus quibuscunque, que infra terminos ac pertinentias ipsius civitatis vos et ego, pro partibus predictis, quoquo iure, modo seu titulo, habemus ac habere possumus seu debemus ; retenta egregie domine, Constancie de Fuxo, domine Mirapiscis, reverendissime matri nostre, ratione conquestuum per egregium virum inclite recordationis, dominum Iohannem de Levis, dominum Mirapiscis, consortem suum et progenitorem nostrum, constante matrimonio inter ipsos, acquisitorum, medietate hospicii, orti ac viridarii per Philippum de Sancto Arnulpho condam, de Mirapisce, dicto domino progenitori nostro, venditorum, constante matrimonio inter eum et dictam dominam, nostram [matrem] donatorum.

Item, in eadem prima parte, pono et assigno medietatem totius nostri nemoris seu foreste de Podio Alto, et iurium ac pertinentiarum eiusdem, et omnium et singulorum bonorum, rerum et iurium quorumcumque, que, quovis iure, titulo seu modo, habemus sen habere debemus infra terminos ac pertinentias ipsius

nemoris seu foreste : illam videlicet medietatem, quam dicta domina mater nostra nunc tenet, ratione ac causa sui doarii, ex divisione inter ipsam et vos facta.

Item, in eadem prima parte, pono et assigno vassallos nostros infrascriptos, et homagia ac fidelitatis iuramenta, et omnia et singula iura et dominia, que habemus seu habere debemus in ipsis vassallis, et eorum hominibus ac subditis, et in feudis, villis, castris, terris, locis, bonis, rebus ac iuribus, que tenent et tenere debent a nobis in feudum, in senescallia Carcassone ; videlicet : Iohannem de Riparia, dominum de Rupe Talliata ; Raymomdum de Duroforti, dominum de Monte Alto in Radesio ; heredes domini Iohannis de Arsisia, pro feudo de Magriano ; monasterium de Proliano, pro villis ac locis de Morterio, de Cassaniha, et de Insula prope Fanoiovem.

Charges de la première part.

Item, in eadem prima parte, pono et assigno quod ille nostrum, qui habebit huiusmodi primam partem, solvat et solvere teneatur infrascripta locis, collegiis ac personis infrascriptis, et ad ipsam solutionem faciendam efficaciter se obliget, videlicet : consulibus civitatis Mirapiscis, centum libras turonensium parvorum ; item, conventui Fratrum Minorum de Mirapisce, centum libras turonensium, si eas solvi opporteat seu conveniat ; item, uni presbitero, qui perpetuo celebrare tenetur in capitulo Mirapiscis, quindecim libras turonensium ; item, domine abbatisse et conventui dominarum monalium monasterii Beate Marie de Bello Loco de Mirapisce, sex modios sex sesterios frumenti, et quatuor modios, quatuor sesterios ordei ; item, uni presbitero in dicto monasterio Beate Marie de Bello Loco constituto, quindecim libras turonensium ; item, uni presbitero pro anima Alladaxis Andrive, uxoris condam Aniquini, in dicto monasterio constituto, viginti quinque libras turonensium ; item, Estephano, coquo (1), ad vitam ipsius, unum modium frumenti.

(1) *Coquus*. Ce mot peut être un nom propre, qui se rattache à *Estephano ;* les deux mots réunis signifient *Estienne Lecoq*. Ce même terme peut aussi indiquer la profession de cuisinier exercée par cet Étienne, qui aurait appartenu à la maison de Constance.

Seconde part : Pierrefite.

Item, in secunda parte, pono et assigno villas, castra et loca de Petra Fita ; de Balaguerio, cum feudis nobilibus ac vassallis ipsius ville de Balaguerio, et cum locis ac territoriis de Aucarone et de Robeyxonibus, et cum leuda de Gaytis ; et villas, castra et loca de Malagoda, de Plano Villario ; de Spinoso ; de Maseris, prope Mirapiscem ; de Rivo Croso ; de Viveriis ; de Senessa ; de Roglis ; de Troya ; de Sancto Iuliano ; de Monte Cabirollo ; de Querio, et de Cavanaco ; cum iuribus ac pertinentiis ipsarum villarum, castrorum et locorum ; et omnibus rebus, bonis ac iuribus quibuscunque, que infra terminos ac pertinentias dictarum villarum, castrorum ac locorum, vos et ego, pro partibus predictis, quoquo iure, modo seu titulo habemus, et habere possumus seu debemus : retenta dicte domine matri nostre, ratione conquestuum predictorum, medietate illorum que dicta Alladaxis, uxor condam Aniquini, habebat infra terminos ac pertinentias de Cavanaco ac de Querio, et dedit dicto domino progenitori nostro, constante matrimonio inter ipsum et dictam dominam matrem nostram ; et medietate illorum que heredes Petri de Sarnayo habebant infra terminos et pertinentias de Monte Cabirollo, et vendiderunt dicto domino progenitori nostro, constante matrimonio predicto.

Item, in eadem secunda parte, pono et assigno totam nostram forestam seu nemus de Bellagarda, cum iuribus ac pertinentiis, et omnibus rebus, bonis et iuribus quibuscumque, [que] quoquo iure, modo, seu titulo habemus, et habere possumus seu debemus infra terminos ac pertinentias ipsius foreste seu nemoris ;

Et medietatem totius nostri nemoris seu foreste de Podio Alto, et iurium ac pertinentiarum eiusdem, et omnium ac singulorum bonorum, rerum ac iurium quorumcunque, que, quoquo iure, modo ac titulo, habemus et habere possumus ac debemus infra terminos ac pertinentias ipsius foreste ; illam videlicet medietatem, quam nunc penes manus nostras habenus ac tenemus.

Item, in eadem secunda parte, pono ac assigno vassallos nostros infrascriptos, et homagia ac fidelitatis iuramenta, et omnia ac singula iura et deveria, que habemus seu habere possumus in ipsis

vassalis, et eorum hominibus ac subditis, et in feudis, vilis, castris, terris, locis, bonis, rebus ac iuribus, que tenent ac tenere debent a nobis in feudum in senescallia Carcassone, videlicet : dominus Theobaldus de Bordis ; heredes domini Roberti de Riparia ; heredes domini Simonis de La Rocquoyre ; Sicardus de Romengosio ; Raymundus de Auro ; Gauserandus ac Sicardus de Adalone ; heredes Arnaldi de Salles, pro feudo de Musino, quod est infra terminos et pertinentias de Sancto Iuliano de Bruliario.

Troisième parte : Laroque d'Olmes.

Item, in terta parte, pono ac assigno nostras villas, castra ac loca de Rupe Ulmesii ; de Aquis Vivis ; de Tabro ; de Sclanihano ; de Pradis ; de Drulhio ; de Vellaneto ; de Pereilha ; de Reyssaco ; de Rupe Forti ; de Illihato ; de Ichartis ; de Carlario ; de Lieuraco, et de Sautello ; et redditus quoscumque de Preyshano ; cum iuribus et pertinentiis suis, et omnibus et singulis bonis, rebus et iuribus quibuscumque, que, quoquo iure, modo seu titulo, ego ac vos, pro partibus antedictis, habemus et habere possumus seu debemus infra terminos seu pertinentias ipsarum villarum, castrorum ac locorum.

Item, in eadem tertia parte, pono et assigno medietatem totius nostri nemoris seu foreste de Podio Caproso, et iurium et pertinentiarum eiusdem, et omnium ac singulorum bonorum, rerum ac iurium quorumcumque, que, quoquo iure, modo seu titulo, habemus et habere possumus seu debemus infra terminos et pertinentias ipsius nemoris seu foreste ; illam videlicet medietatem, quam domina mater nostra nunc tenet ratione ipsius doarii, ex divisione inter ipsam et vos facta ;

Et totum nostrum nemus de Pixa Vacqua, et totum nostrum agre (1) de Meda, et totum nostrum agre d'Espina, cum iuribus ac pertinentiis ipsorum, et omnibus ac singulis bonis, rebus ac iuribus, que, quoquo iure, modo seu titulo, habemus et habere possumus seu debemus infra terminos ac pertinentias eorumdem nemoris et agres ;

(1) *Agre* du latin *ager*. Le mot roman *agre* a été conservé pour signifier un domaine ; aussi le mot n'a-t-il pas subi les variations de la déclinaison latine.

Item, medietatem omnium et singulorum ademprivorum omnium, et singularum nostrarum montanearum, cum iuribus et pertinentiis ipsarum montanearum, et omnibus ac singulis bonis, rebus ac iuribus quibuscumque, que, quoquo iure, modo seu titulo, habemus seu habere possumus seu debemus infra terminos ac pertinentias ipsarum montanearum.

Item, in eadem tertia parte, pono et assigno vassallos nostros infrascriptos, et homagia, et fidelitatis iuramenta, et omnia ac singula iura ac deveria, que habemus seu habere debemus in ipsis vassallis et eorum hominibus et subditis, et in feudis, villis, terris, locis, bonis et rebus ac iuribus, que tenent ac tenere debent a nobis in feudum in senescallia Carcassone, videlicet : dominus Guilhermus Bassa de Riparia, pro loco de Bellagarda ; Guilhermus de Lordato ; Bertrandus de Podiholis ; Guilhermus Vilcaudi ; et heredes Guilhermi Handoquini, et Philippi Richard ; et alii tenentes feudum et habentes partem in feudo de Trazeriis, pro ipso feudo.

Quatrième part : Léran.

Item, in quarta parte, pono ac assigno nostras villas, castra et loca de Lerano ; de Duno ; de Limberssaco ; de Regato ; de Miravalle ; de Bastida Congosti ; de Agulhana ; de Esparone ; de Avilhaco ; de Agulhano ; de Bellostare, et de Fogacibus ; et redditus molendini Raynaude ; cum iuribus et pertinentiis ipsarum villarum, castrorum ac locorum, et omnibus ac singulis bonis, rebus ac iuribus quibuscumque, que, quoquo, iure, modo seu titulo, vos et ego, pro partibus predictis, habemus et habere possumus seu debemus infra terminos et pertinentias earumdem villarum, castrorum et locorum ;

Item, in eadem quarta parte, pono et assigno medietatem totius nostri nemoris seu foreste de Podio Caproso, et iurium ac pertinentiarum eiusdem, et omnium ac singulorum que, quoquo iure, modo seu titulo, habemus et habere possumus seu debemus infra terminos ac pertinentias ipsius nemoris seu foreste ; illam videlicet medietatem, quam nunc nos penes manus nostras tenemus et habemus ;

Et totum nostrum agre de Monte Alto ; et totum agre nostrum de La Ferriera ; et totum nostrum agre del col del Theil, cum

iuribus ac pertinentiis ipsorum agres, et omnibus et singulis que, quoquo iure, modo seu titulo, habemus et habere possumus seu debemus infra terminos ac pertinentias eorumdem agres ;

Et medietatem omnium et singulorum ademprivorum omnium ac singularum nostrarum montanearum, cum iuribus ac pertinentiis ipsarum montanearum, et omnibus ac singulis bonis, rebus ac iuribus quibuscumque, que, quoquo iure seu titulo habemus seu habere possumus seu debemus infra terminos et pertinentias earumdem montanearum.

Item, in eadem quarta parte, pono et assigno vassallos nostros infrascriptos, et homagia et iuramenta fidelitalis, et omnia ac singula iura et deveria, que habemus seu habere debemus in ipsis vassallis, et eorum hominibus ac subditis, et in feudis, villis, terris, locis, bonis, rebus ac iuribus, que tenent ac tenere debent a nobis in feudum in senescalia Carcassone, videlicet : Anselinus de Canda ; Gaufredum de Bordis, tenentes feudum et habentes partem in feudo de honoribus ac de porteta (1) ; heredes domini Fortis de Sancto Goyriquo ; heredes Estephani de Baiulo, pro feude de Campo Libero.

Charges de la quatrième part.

Item, in eadem quarta parte, pono et assigno quod ille nostrum, qui huiusmodi quartam partem habebit, teneatur perpetuo, anno quolibet, solvere monasterio Bolbone sex modios frumenti, septem modios ordei, eidem monasterio per predecessores nostros super villam de Duno assignata ; et uni presbitero qui, perpetuo, in capella castri de Lerano celebrare tenetur, quindecim libras turonensium.

Réquisition faite par Gaston à son frère Jean de faire un choix dans les lots.

Qua divisione per me, sic et sub modis et forma, protestationibus, retentionibus ac reservationibus infrascriptis facta, vobis notificata, vos, dominum fratrem meum predictum, vigore ac virtute iuramenti

(1) *Porteta* pour *Sportella*, diminutif de *Sporta*, c'est-à-dire le droit que le vassal payait au seigneur souverain à titre d'investiture ou de relief. — Voir le glossaire de Ducange au mot *Sporta*.

per vos, coram domino nostro rege, olim, ad sancta quatuor Dei evangelia corporaliter et sponte tacta, solemniter et efficaciter prestiti, in accordo super garda persone mee, et ballo (1) terre, bonorum, rerum ac iurium meorum, inter dictam dominam matrem nostram et vos, coram domino nostro [rege] habito, et per ipsum dominum nostrum regem, ex certa scientia, confirmato, et teneri, servari, compleri ac exsequi iusso, cum suis patentibus litteris, eius vero et noto sigillo cum cera viridi in filis sericis viridibus ac rubeis, more regio, impendenti sigillatis ; et aliàs eo meliore iure, modo ac forma quibus possum ac debeo, sub modis, forma, protestationibus ac reservationibus infrascriptis, instanter requiro ut vos, sub eisdem modis, forma, protestationibus, retentionibus ac reservationibus, infra decem dies continuos, ex nunc immediate sequentes, tres partes ex dictis quatuor partibus eligatis et pro vobis recipiatis, et reliquam quartam partem, michi plene ac absolute, omnino dimittatis.

Que omnia et singula predicta, prout superius continentur, facio ac dico in et sub modis, forma, protestationibus, retentionibus et reservationibus que sequuntur, videlicet :

Conditions du partage.

I. Quod vos, domine frater my, infra decem dies continuos, immediate sequentes, habeatis, debeatis ac teneamini de dictis quatuor partibus tres partes, quas volueritis, eligere et pro vobis recipere, et reliquam quartam partem michi plene, libere ac absolute, omnino dimittere ; et omnia ac singula infrascripta, prout inferius continetur, tenere, servare, et complere ; et [vos], ad ea efficaciter firmanda et inviolabiliter tenenda, servanda, ac complenda, medio iuramento, solemniter, ad notitiam sapientium, obligare.

II. Item, quod si vos, reverendissime frater my, omnia et singula predicta, supra proxime scripta, prout ibi continetur, plene ac integre, cum effectu, absque aliqua oppositione, contradictione, et alia dilatione, non faceretis, vos tale incommodum, et ego tale commodum, ex hiis et aliis consequamur, quale poterimus vel debebimus, de iure seu de consuetudine vicecomitatus seu prepositure Parisiensis, vel aliàs ullo modo.

(1) *Ballus,* administration. — Voir le glossaire de Ducange à ce mot.

III. Nichilominus, quod predicta divisio, notificatio ac requisitio pro non factis habeantur, ea tenus qua possent seu prodesse pro vobis, aut michi preiudicare seu nocere.

IV. Et insuper quod ego possim, si voluero et michi expedire videatur, aliam divisionem predictorum facere, aut per vos fieri petere ac requirere, et contra vos, modo ac forma debitis, coram illo coram quo voluero et potero, agere, ex violatione contentorum in dictis litteris regiis, sigillo regio cum cera viridi sigillatis, super dicto accordo factis, et ex requisitione per me, vigore ac auctoritate contentorum in dictis litteris regiis, vobis facta, et per vos, contra tenorem ipsarum litterarum, non completa, nec executa.

V. Et [quod possim] divisionem inter vos et dictam dominam matrem nostram, ratione sui doarii, de terra inter vos ac me pro dictis partibus communi factam, salvo iure dicto domine matris nostre in suo doario, revocare et rescindere ; et totam ipsam terram in communem reducere, et tunc, ratione ac causa doarii dicte domine matris nostre, inter ipsam et nos juste, legitime ac debite dividendam, prout fuerit dividenda, divisione predicta inter ipsam et vos facta in aliquo non obstante.

Stipulations en faveur de la mère.

VI. Item quod si vos, domine frater my, infra decem dies continuos, immediate sequentes, de dictis quatuor partibus tres, sicut superius continetur, eligatis et pro vobis recipiatis, et reliquam quartam partem michi dimittatis, nichilominus dicta domina mater nostra, toto tempore vite sue, ratione et causa sui doarii, teneat, possideat, ac explectet libere, pacifice ac quiete, absque aliquo impedimento, contradictione, turba seu diminutione, divisione predicta proxime facta, et electione ac receptione, et aliis predictis ex ipsa divisione insecutis seu sequendis, in aliquo non obstantibus, totam illam terram ; quam nunc tenet, possidet et explectat, et hactenus, post dictam divisionem inter ipsam et vos, dominum fratrem meum, ratione dicti doarii factam, tenuit, possedet, explectavit ac dominata fuit, et melius, ad eius utilitatem ac honorem, si melius tenere, possidere, explectare et dominari posset ac deberet, secundum testamentum domini progenitoris nostri, aut secundum conventiones

inter ipsam et vos habitas, vel secundum ius ac rationem, seu consuetudinem vicecomitatus seu prepositure Parisiensis, vel aliàs, quoquo iure seu forma ;

VII. Et quod in eadem terra aliquis nostrum, fratrum, predictam ipsam dominam, matrem nostram, non impediat, turbet seu molestet, nec impediat, turbari seu molestari faciat seu permittat, in iudicio vel extra, de iure seu de facto.

VIII. Item, [quod] in casu proxime dicto, vos, domine frater my, infra unum mensem continuum immediate, post ipsam electionem ac receptionem dictarum trium partium per vos electarum et receptarum, numerandum, habeatis, debeatis ac teneamini michi, in locis dictarum trium partium, quas elegeritis ac pro vobis receperitis, relique quarte parti, quam michi iuxta predicta dimiseritis, magis proximis et michi utilibus, assignare ac solvere, ad notitiam boni viri, quartam partem extimationis seu valoris similis seu equipollentis illorum que vos, reverendissime frater my, in predictis civitate, villis, castris, locis, nemoribus, forestis, montaneis, feudis aut aliis predictis, contra contenta in dictis litteris regiis super dicto accordo factis, seu contra dictam consuetudinem, vel contra ius ac rationem, donastis, vendidistis, distraxistis, affranquivistis, rupistis, ... (1) dissipastis, consumisistis, amisistis, vel aliàs alienastis, pro quibus nunc emendam seu satisfacionem facere teneamini ; et [quod] ad omnia facienda, tenenda, servanda et complenda plene ac integre, cum effectu, sine contradictione, oppositione, et absque aliqua alia dilatione, vos solemniter ac efficaciter, medio iuramento, et aliàs solemnius et efficacius quo poterit, ad notitiam sapientis, vel illico facta per vos dicta electione et receptione, taliter obligetis ; et ipsa obligatio, ad simplicem requisitionem mei seu mei procuratoris, absque aliquo ordine seu solemnitate iuris, per dominum senescallum Carcassone, vel dominum castellanum Montis Regalis, vel aliquem idoneum iudicem, quem elegero, viriliter exequatur ;

Administration commune tant que la mère vivra.

IX. Item, quod eo casu quo vos, domine frater my, sicut est superius dictum, de dictis quatuor partibus tres partes elegeritis ac pro

(1) Mot illisible.

vobis receperitis, et michi reliquam quartem partem dimiseritis, et quamdiu dicta domina mater nostra vixerit, tota terra nostra inter vos et me, pro partibus predictis, communis penes manus nostras pro vobis et pro me nunc existens, et que hactenus penes manus nostras pro vobis et pro me extitit ratione ac causa balli mei seu aliàs, regatur et gubernetur ; et fructus, redditus, proventus et emolumenta quecumque ipsius recipiantur, vice ac nomine vestri ac mei, pro partibus predictis, quemlibet nostrum specialiter et expresse in omnibus ac singulis actibus nominando ;

X. Et [quod], ad hec facienda, vos pro tribus partibus, et ego pro quarta parte, communiter eligamus ac constituamus unum senescallum ; unum ordinarium, unum iudicem appellationum ; unum sigillatorem ; unum procuratorem et unum receptorem seu tresaurarium ; et ego alium procuratorem et receptorem seu tresaurarium. Qui omnes et singuli cuilibet nostrum, ad sancta quatuor Dei evangelia, solemniter et efficaciter iurent quod, in eorum officiis, pro quolibet et vice ac nomine nostrum, quatenus quemlibet nostrum tangit ac tanget, fideliter, debite et iuste se habebunt ; et de eorum officiis cuilibet nostrum, quatenus quemlibet nostrum tanget, respondebunt.

XI. Et quod, illico post mortem dicte domine matris nostre, vos tres partes quas elegeritis et receperitis, et ego quartam partem, quam michi dimiseritis, nostra propria auctoritate, absque alterius licentia, recipere, percipere ac habere, et de iure tenere possimus ; et alia quisque nostrum alteri, plene, libere et absolute, omnino dimittere debeat et teneatur ; et si, in aliqua dictarum partium, sint aliqua feuda nobilia, pro eisdem feudis iuramentum facere ac prestare teneatur.

Biens maternels réservés.

XII. Item, quod si, in aliqua dictarum partium sint aliqua alia non expressa, ad dictam dominam matrem nostram, ratione seu causa conquestuum per dictum dominum progenitorem nostrum, constante matrimonio inter ipsum et dictam dominam matrem nostram, acquisitorum, vel alio aliquo iure, modo sive titulo, pertinentia, quod ex predictis eidem domine matri nostre nullum preiudicium generatur, sed in eis ius suum inlesum remaneat.

XIII. Item, quod si dicta domina mater nostra, tempore mortis, haberet, in aliqua partium predictarum, aliqua bona mobilia, immobilia, feuda de se moventia, aut debita, vel aliqua iura propria, de quibus in testamento, codicillis, donatione « causa mortis », aut aliqua alia ultima ordinatione, suam voluntatem ordinasset, ipsa voluntas de ipsis bonis, debitis ac iuribus, compleatur. Et si de ipsis nichil ordinasset, ea inter nos, prout de iure seu consuetudine fuerit, dividantur.

Leudes de La Roque d'Olme et de La Bastide-de-Congoust.

XIV. Item, quod illi qui recedent de Bastida Congosti et inde venient apud Rupem Ulmesii, solvant in dicta Bastida leudam in villa de Rupe solvi consuetam, et non in villa de Rupe ; et quod illi qui recedent de Rupe Ulmesii et inde venient ad dictam Bastidam, solvant leudam consuetam in villa de Rupe, et non in dicta Bastida. [Et quod illi qui] inde non venient ad villam de Rupe, sed alibi accedent, in dicta Bastida, pro transitu, solvant leudam in dicta villa de Rupe solvi consuetam ; et quod illi qui transient (*sic*) per dictam villam de Rupe, et inde non venient ad dictam Bastidam, sed alibi accedent, solvant in ipsa villa de Rupe leudam, sicut hactenus est consuetum.

XV. Item, quod omnia et singula alia bona, res, ac iura inter nos nunc communia, ubicumque existentia in predictis, non divisa, remaneant penes nos communia pro indiviso ; et vice, nomine ac mandato nostro teneantur, regantur et gubernentur, quousque inter nos dividantur.

XVI. Item, quod ex predictis, et secutis seu sequendis ex eis, aut aliquo alio verbo, seu facto aliquo, vel aliàs, tacite vel expresse, ego nolo, nec intendo recedere a contentis in dictis litteris regiis, sigillo regio cum cera viridi sigillatis, supra accordo predicto factis ; nec iure ex eis et ob ea michi veniente, nec etiam requisitione per me vobis, earum vigore, facta, quousque vos michi, plene ac integre, cum effectu, compleveritis ac perfeceritis omnia et singula predicta, et alia in eisdem litteris contenta.

XVII. Item, quod ita qui habebit tertiam partem dictarum quatuor partium possit, in villis de Bello Estare, seu de Fogacibus habere ac

tenere suum proprium receptorem, ad recipiendum, pro se et vice ac nomine ipsius, medietatem forestagii dictarum montanearum in ipsa tertia parte et quarta parte earumdem quatuor partium positarum et assignatarum.

XVIII. Item, quod si, in predictis et ea tangentibus, seu dependentibus ab eis, sint aliqua dubia vel obscura, quod ea ego possim declarare ac interpretari, divisione predicta per me facta, et aliis inde secutis seu sequendis in aliquo non obstantibus.

Que declaratio ac interpretatio perinde valeat et teneatur, ac si nunc clara facta esset.

Acta fuerunt predicto anno, die et loco predictis, in presentia et testimonio nobilium Atonis Arnaldi de Castro Verduno, condomini ipsius loci (1), Bernardi Belli Fortis, domicellorum ; Bernardi de Ornasano, canonici Sancti Gaudentis ; et dicti magistri Arnaldi Aybrandi, notarii de Mirapisce ; et mei, Poncii Rogerii de Malamata, de Limoso, publici regia auctoritate notarii, qui, requisitus per dictum dominum Gastonem, hanc cartam de premissis recepi, et eamdem hic scripsi signoque meo consueto signavi.

(1) *Condomini ipsius loci* c'est-à-dire, coseignenr du lieu de Château-Verdun.

Procès, devant la Cour du sénéchal de Carcassone, entre Jean de Lévis II, seigneur de Mirepoix, et plusieurs de ses vassaux, à propos des obligations du service militaire.

(Fonds Lévis-Mirepoix, liasse A 2 n° 46)

Février 1352 (1353).

I. Assignation à comparaître devant la cour du sénéchal de Carcassonne, adressée au seigneur de Mirepoix par plusieurs de ses vassaux qui, en prévision d'une guerre imminente, avaient été convoqués en même temps pour le service militaire, à Mirepoix par leur seigneur, et à Carcassonne par les agents du Roi.

Les vassaux se plaignaient de ne pouvoir se préparer pour le service du roi, parce que le seigneur, ne les voyant pas répondre à son appel, avait mis leurs biens sous sa main ; en conséquence, ils demandaient la levée du séquestre, afin d'être à même de remplir leurs obligations militaires envers le roi.

II. Autre assignation devant la même juridiction, adressée au seigneur de Mirepoix par d'autres vassaux qui, s'étant rendus à Mirepoix sur l'ordre dudit seigneur, avaient été emprisonnés au château de cette ville, pour avoir refusé de supporter les frais de leur entretien pendant le temps de leur service militaire.

Les vassaux réclamaient leur délivrance et l'exemption de charges imputables au seigneur.

III. Protestation, au nom de leur seigneur, par le sénéchal et le procureur de Jean de Lévis II. Ces officiers déclaraient mal fondées les allégations des demandeurs, et traitaient de rebelles les vassaux qui cherchaient à se soustraire, malgré leurs engagements, aux charges du service militaire.

IV. Sentence du sénéchal de Carcassonne qui, après avoir rappelé les faits de la cause, examiné les protestations des parties et fixé les droits de chacune d'elle, débouta les demandeurs et détermina leurs obligations réciproques en ce qui concernait le service militaire, (durée du service, séjour à Mirepoix, répartition des charges entre les vassaux et le seigneur, etc.).

V. Adhésion des deux parties à la sentence (relaxe des détenus, levée du séquestre, etc.)

VI. Procuration donnée par les vassaux, auteurs de la seconde assignation, à Jordain Ancelines, jurisconsulte de Carcassonne, et à Hugue Vibron, notaire

d'Alet, et à Jacques Arver, de Limoux, pour les représenter et passer des actes en leur nom (1).

I. *Assignation devant la Cour du sénéchal de Carcassonne.*

FÉVRIER 1352 (1353).

Noverint universi quod, [requisitione] nobilium domini Guillermi Hunaldi, militis, de Lantario, condomini de Sancto Saturnino, Iohannis de Riparia, domini de Rupe Talliata ; Guillelmi Standardi, domini de Bellagarda ; Iohannis de Riparia, condomini de Serpente, pro se, et ut coniuncte persone domini Philippi de Riparia, militis, domini de Serpente, eius fratris, duabus litteris [que]...(2) per ordinem subsequntur ;

Iohannes de Cayeu, miles, dominus de Senarponte, senescalus Carcassone et Bitteris domini nostri regis, baiulo de Mirapisce, ceterisque iusticiariis domini Iohannis de Levis, militis, domini dicti loci, ad quos presentes littere pervenerint, vel eorum loca tenentibus, necnon et servienti regio harum latori, et eorum cuilibet, salutem.

Nobiles Iohannes de Riparia, dominus de Rupe Talliata ; et dominus Guillelmus Hunaldi, miles, de Lantario, condominus de Sancto Saturnino, seu eorum pars ; et Guillelmus Standardi, dominus de Bellagarda ; et Iohannes de Riparia, condominus de Serpente, pro se, et ut coniuncta persona domini Philippi de Riparia, militis, domini de Serpente, eius fratris, nobis graviter sunt conquesti quod, cum, propter evidens periculum guerrarum, nobiles predicti, per nos seu curiam nostram, solemniter, et deliberato consilio cum

(1) Les demandeurs étaient :

1° Pour la première assignation, Guillaume Hunaud de Lanta, coseigneur de Saint-Sernin, Jean de Rivière, seigneur de Roquetaillade, Guillaume de l'Étendart, seigneur de Bellegarde, Jean de Rivière, coseigneur de Lasserpent, conjointement avec son frère Philippe.

2° Pour la seconde assignation, Robert de Rivière, coseigneur de Saint-Sernin, Gassot de Rivière, seigneur de Villapomène.

Le sénéchal de Carcassonne était Jean de Cayeux, seigneur de Sénarpont.

Le sénéchal de la seigneurie de Mirepoix était Simon Garsie, et le procureur Étienne Donadieu.

(2) Lacune par suite d'une déchirure dans le document.

curialibus et officialibus regiis dicte nostre senescallie, mandati extitissent ad veniendum et eorum mansionem faciendum in civitate Carcassone, que est caput dicte nostre senescallie et totius presentis provincie, causa custodie eiusdem, cum suis provisionibus, prout facere debent et tenentur, et ad hoc domino nostro regi sunt astricti et efficaciter obligati ; et dicti nobiles predicta ad effectum perducere conantes, prout boni et fideles vassalli facere debent et tenentur, ad dictam civitatem, occasione predicta, venerunt et ibidem mansionem suam fecerunt, et adhuc faciunt, prout tenentur ; nichilominus, quod senescallus dicti domini Iohannis de Levis, domini Mirapiscis, seu eius gentes, dictos nobiles ad eundum et personaliter residenciam faciendum in castro Mirapiscis, et infra licias eiusdem castri compellere nisus fuit, et adhuc nittitur; et, quod deterius est, feuda et bona dictorum nobilium ad manum dicti domini Mirapiscis, occasione predicta, posuit et apponi fecit, et inventarium de eisdem fieri fecit, et hoc, indebite et iniuste, cum dicti nobiles in dicto castro Mirapiscis esse non possint neque valeant, nisi totaliter dimitterent et desempararent civitatem regiam predictam et custodiam eiusdem ; nec etiam provisiones suas, quas in dicta civitate nobiles predicti, causa dicte custodie, facere tenentur, minime facere valeant neque possint, ratione manus appositionis predicte.

Que quidem omnia predicta per dictum senescallum domini Mirapiscis, seu eius gentes, facta et acta, cedunt in dicti domini nostri regis, et custodie dicte civitatis et totius senescallie nostre et presentis provincie, preiudicium et irreparabile periculum, mandatorumque nostrorum et totius curie nostre infractionem et vilipendium, et dictorum nobilium preiudicium, iuris et iusticie lesionem, prout fertur.

Quocirca, ad dictorum nobilium instantiam, vobis et cuilibet vestrum, precipimus et mandamus quatenus citetis nobilem Ramundum Garsie, dominum de Rassero, senescallum se dicentem dicti domini Mirapiscis, ut, die Iovis proxima, infra feriam, personaliter compareat coram nobis, de et super pre dictis, et de facto suo proprio, ut dicitur, iniurioso responsurus ; secumque omnia munimenta, si que habet, occasione quorum predicta facere nisus fuit, adporta-

turus, et nobis, seu curie nostre, exhibiturus et traditurus, ut, eis visis, ordinare valeamus, ut fuerit rationis.

Ad quam diem, locum et horam citetis, coram nobis, procuratorem dicti domini Mirapiscis, factum predictum, si sua putaverit interesse, defensurum, et aliàs facturum quod fuerit ; [et precipiatis] dicto senescallo domini Mirapiscis, et quibuscumque aliis iusticiariis eiusdem domini Mirapiscis, ne interim contra dictos nobiles vel eorum bona aliqualiter facere presumant, nec ulterius in eis procedant, donec per nos aliàs fuerit ordinatum.

II. *Autre assignation.*

Février 1352 (1353).

Iohannes de Cayeu, miles, dominus de Senarponte, senescallus Carcassone et Bitterris domini nostri Regis, b[aiulo Mirapiscis], ceterisque iusticiariis nobilis et potentis viri domini Iohannis de Levis, domini de Mirapisce, ad quos presentes littere [pervenerint], salutem.

Nobiles Robertus de Riparia, condominus de Sancto Saturnino, et Guassotus de Riparia. dominus de Vil[la Pomena], seu eorum pars, nobis graviter sunt conquesti quod, cum ipsi nobiles, ad mandatum et requestam dicti domini Mirapiscis se (1) . . . . . venire Mirapiscem [mandati extitis]sent pro mansione ibidem in dicto castro facienda, iuxta et secundum continentiam et tenorem cuiusdam [instrumenti per] dictum dominum de Mirapisce et dictos nobiles confecti ; et [cum] dicti nobiles ibidem in dicto castro fuerint, [domino] Mirapiscis obtulerunt se paratos obedire et iuri stare, et ea facere domino predicto, que facere debent et tenentur iuxta continentiam et tenorem instrumenti predicti et conditionum [in ipso] expressatarum ; nichilominus dictus dominus Mirapiscis [predictis nobilibus precepit] ut provisiones suas in dicto castro adportarent, seu adportari facerent ; et, quod deterius est, dictos nobiles in dicto castro arres[ta]vit seu arrestari fecit, et ibidem captos et arrestatos detinuit et adhuc detinet, indebite et iniuste, cum dicti nobiles

(1) Lacunes dans le texte, par suite du mauvais état de conservation du document.

adp[ortare provisiones suas non sunt] astricti, nec obligati, prout dicunt apparere per tenorem instrumenti predicti.

Quocirca, ad instantiam et requestam nobilium querelantium predictorum, tanquam iuri consonam, cum nullus suis prop[riis stipen]diis militari cogatur, nisi aliud rationabile obsistat, vobis et cuilibet vestrum (1) [precipimus et mandamus] quatenus citetis et, per hominem, dictum dominum Mirapiscis, seu eius procuratorem, ut die lovis proxima, infra feriam, compareant coram nobis, de et super [predictis responsu]ri, instrumentumque predictum secum [adportaturi], si sua hoc interest, ut inde ordinare valeamus, ut fuerit rationis; [precipiatis dicto procurartori] domini Mirapiscis et suis curialibus quibuscumque, ne interim contra dictos nobiles, nec eorum bona aliqualiter indebite procedant, nec procedi presumant, donec [per] nos [vel curiam] nostram aliud fuerit ordina[tum]; quibus nos, tenore presentium, inhibemus. Datum Carcassone, die IX februarii, anno.....

Quibusque litteris exequtis, prout apparuit per suprascriptionem factam a tergo cuiuslibet ipsarum litterarum, ut sequitur :

Presentata fuit presens littera curie de Mirapisce, et per dictam curiam cum reverentia recepta, prout decet; et factum fuit mandatum in presenti littera contentum.

III. *Protestation faite par le sénéchal et le procureur du seigneur de Mirepoix, en réponse à l'assignation du sénéchal de Carcassone.*

FÉVRIER 1352 [1353].

Ac tamen nobilis Ramundus Garsie, senescallus, et Stephanus Donadei, procurator domini Mirapiscis, dixerunt :

Quod nobiles, ad quorum instantiam presentes littere processerunt, fuerunt mandati nuper per dominum Mirapiscis, seu eius curiam, ut ipsi et eorum quilibet venirent habitare in domibus eorum propriis, seu que fuerunt ab eorum antecessoribus in liciis castri Mirapiscis fundate, pro custodia et defensione persone domini Mirapiscis, eius uxoris, liberorum, et familie, ac dicti castri, prout eorum predecesssores facere consueverant et tenebantur, et ipsi

(1) Lacune dans le texte ; comme, dans la première assignation, le sénéchal de Carcassonne s'adresse au baile et aux autres gens de justice du seigneur de Mirepoix.

tenentur, ratione feudi quod tenent a dicto domino Mirapiscis, sub fide et homagio, et fidelitatis iuramento, ut homines ligii dicti domini Mirapiscis ; et hoc, cum eorum debitis provisionibus ;

Dictique Guillelmus Standardi, Guassotus de Riparia, Robertus de Riparia, ac Iohannes de Lordis, qui feuda sua modo simili tenent a dicto domino Mirapiscis, et domos habent, seu eorum antecessores habebant, infra licias castri Mirapiscis, bonam fidem agnoscentes, in iudicio constituti, coram iudice ordinario curie et terre domini Mirapiscis, dictum servitium facere debere et ad ipsum teneri dicto domino Mirapiscis, ipsumque cum eorum debitis provisionibus facere, ad mandatum dicti domini Mirapiscis, tunc absentis, sponte promiserunt, prout predicta in instrumentis inde receptis plenius continentur ;

Postque, anno presenti, iterato mandato necessitate presentium guerrarum, dicti Iohannes de Riparia, dominus de Rupe Talliata, et alter Iohannes, dominus de Serpente, pro se, et nomine domini Philippi, fratris sui, Robertus de Riparia, et Guillelmus Standardi, coram domino Mirapiscis constituti, recognoverunt dictum servitium se debere facere in castro Mirapiscis, ad finem proxime dictum, in necessitate guerrarum, in domibus eorum, quas ibi habent, debere habitare, prout eorum autecessores facere consueverant, tacendo de provisionibus, quas facere adportari ibi tenentur, prout predicta, in quodam instrumento inde recepto, magis plene continentur ;

Tertio, et plures, iterato mandato ad dictum servitium faciendum, inhobedientes fuerunt ; dictumque dominum Mirapiscis, seu eius curiales, cum eos ad premssa complenda compellerent, coram domino senescallo Carcassone adiornare fecerunt.

Et eorum et domini Mirapiscis, seu eius procuratoris, rationibus auditis, fuit ordinatum ipsos fore compellendos ad faciendum dictum servitium iuris remediis opportunis, ut in litteris ordinationis inde facte, per curiam dicti domini senescalli Carcassone, domino Mirapiscis concessis, et eius curialibus directis, seriosius potest apparere.

Post vero dictam ordinationem, et iuxta ipsius seriem, curiales domini Mirapiscis, pro iure dicti domini Mirapiscis, et ex debito eorum officio, et mandato dicti domini senescalli Carcassone, ipsos nobiles fecerunt compelli ad faciendum dictum servitium, et eorum

rebellionibus exigentibus, feudum eorum, quod tenent a domino Mirapiscis, ad manum dicti domini Mirapiscis fecerunt poni, teneri et explectari, usque quod dictum servicium fecissent, prout tenebantur, seu debite facere incepissent. Ipsique nobiles et terrarii domini Mirapiscis predicti, ordinationibus et mandatis dicti domini senescalli Carcassone et dicti domini Mirapiscis totaliter spretis, venire ad faciendum dictum servitium in castro Mirapiscis, prout eorum antecessores facere consueverant et tenebantur, obmiserunt et penitus recusarunt, denegando dictum servitium, contra fidelitatis iuramentum, ut homines ligii, a se domino prestitum, veniendi, et adhuc recusant, contradicunt et denegant.

Ex quibus, senescallus et procurator dicti domini Mirapiscis, nomine et vice dicti domini, protestantur adversus predictos nobiles et eorum quemlibet, super commisso feudorum ipsorum, prout ipsa tenent a dicto domino Mirapiscis, et de violatione fidei, fidelitatis et iuramenti, et de penis in quibus inciderunt vel incidere potuerunt, de iure et consuetudine ; adversus quos, et eorum feuda, et quemlibet eorumdem, dictus dominus Mirapiscis valeat agere, pro loco et tempore opportunis, requirens te norarium (1) etc. Decima die februatri, presens littera fuit presentata curie domini Mirapiscis, et recepta cum reverentia ; factum fuit mandatum in ipsis contentum, iuxta ipsarum formam et tenorem, per Andream de Sancto Iohanne, servientem dicte curie.

IV. *Sentence du sénéchal de Carcassonne.*

14-15 Février 1352 [1353].

Die vero in ipsis litteris contenta, que fuit Iovis, intitulata quarta decima februarii, sub anno Domini m° ccc^mo l° secundo, domino Iohanne, Dei gracia, Francie rege regnante, comparentibus in consistorio regio commissionum civitatis Carcassone, et coram nobili et potenti viro domino Iohanne de Cayeu, domino de Senarponte, milite, domini nostri regis senescallo Carcassone et Bitterris, videlicet : dictis nobilibus, Iohanne de Riparia, domino de Rupe

(1) Formules ordinaires pour requérir un notaire de rédiger un acte, pour lequel il a été convoqué, la phrase s'arrête après *etc.*

Talliata, nec non, altero Iohanne de Riparia, se, et ut coniuncta persona dicti domini Philippi de Riparia, fratris sui, domino de Serpente ; Guillelmo Standardi, domino de Bellagarda ; et magistro Iordano Ancelines, iurisperito Carcassone, procuratore et nomine procuratorio Roberti de Riparia, domicelli, condomini de Sancto Saturmino, et Guassoti de Riparia, domicelli, domini de Villario Pomenco, prout constat de eius procuratione per instrumentum inferius insertum, ex parte una ;

Et nobili et potenti viro, domino Iohanne de Levis, milite, marescallo et domino Mirapiscis, factum huiusmodi et defensionem eiusdem pro dicto eius senescallo citato, in se assumente, ex parte altera ;

Et per partem dictorum nobilium conquerentium in iudicio ibidem per eos proposito, facto, in dictis litteris contento, pluribusque verbo ibidem super predictis per eos allegatis ; productoque per eosdem quodam publico instrumento accordi, ut dicebant, aliàs de et super predictis facto inter ipsas partes, recepto per magistrum Guiraudum de Salayraco, notarium regium Carcassone, sub anno domini millesimo ccc^mo l^o secundo, die prima Ianuarii, et inde petito quidquid contra forman dicti instrumenti et accordi factum, processum vel mandatum per dictum dominum Mirapiscis, seu eius curiales, extiterat, tanquam iniuriosum, revocari, tolli et annullari ; et aliàs, eis et eorum utrique de et super predictis iustitiam ministrari ;

Prefato domino Mirapiscis super premissis respondente et dicente per eum et eius curiales bene et iuste super premissis fuisse processum et mandatum ; et in eorum contumatia, iuste, rite et legitime feuda dictorum nobilium, que tenent a dicto domino Mirapiscis, ad manum suam cepisse et capi fecisse et mandasse ; cum dicti nobiles, tanquam sui vassalli, et eorum quilibet, et eorum successores teneantur, ut dixit, et sint obligati ad veniendum et standum personaliter infra licias castri de Mirapisce, cum eorum uxoribus et familiis, in equis et armis, pro defensione dicti castri domini Mirapiscis, personeque, uxoris et liberorum et bonorum eiusdem, tociens quociens per dictum dominum Mirapiscis seu eius curiales requisiti fuerint vel mandati ; non obstante instrumento ex adverso producto, licet super aliquibus idem dominus

Mirapiscis, ut dixit, supercesserit, prout in dicto instrumento seriosius est expressum ; et hoc, cum provisionibus suis, et eorumdem nobilium propriis sumptibus et expensis, ultra alia servicia, ad que et in quibus predicti nobiles sunt, ut dixit, astricti facere in civitate Carcassone cum dicto domino Mirapiscis, mandato eiusdem, seu curialium suorum, et hoc, tociens quociens predictus dominus Mirapiscis, ad custodiam civitatis predicte, per dominum nostrum regem, seu eius curiales, venire astringitur seu mandatur ;

De quibus premissis dixit se aliàs fuisse per presentem curiam domini senescalli ordinatum et judicatum ; que ordinatio in rem transivit iudicatam ; et aliàs de sui intentione plene constare, tam per ordinationem predictam quam per instrumenta publica inde facta, et aliàs legitime ;

Et ad faciendum fidem de predictis, productis quibusdam litteris curie dicti domini senescalli, et quatuor instrumentis publicis, ut prima facie apparebat.

Et adversus predicta ex adverso replicato : — Denique causa presenti per dictum dominum senescallum appunctata, ad dicendum et audiendum ius super hinc inde pettitis, propositis et requisitis ;

Et ad hoc die Veneris crastina assignata : ipsaque die Veneris, que fuit quinta decima mensis predicti februarii, anno et regnante quibus supra ; comparentibusque in dicto consistorio, et coram dicto domino senescallo, prefatis nobilibus Iohanne de Riparia, domino de Rupe Talliata, pro se ; altero Iohanne de Riparia, pro se, et tanquam coniuncta persona domini Philippi de Riparia, fratris sui, domini de Serpente ; Guillelmino Standardi, et magistro Iordano Ancelines, procuratore, et nomine procuratorio quo supra, dictorum Roberti de Riparia et Guassoti de Riparia, ex parte una ; et dicto domino Mirapiscis, pro se, ex parte altera :

Predictus dominus senescallus, visis hinc inde dictis, petitis, productis et requisitis ; de consensu tamen et voluntate expressis partium predictarum et cuiuslibet ipsarum, dicentium et confitentium se in modum infra scriptum convenisse ; voluit, pronunciavit, ordinavit, et iudicialiter declaravit, ut sequitur :

Videlicet, quod omnes et singuli nobiles superius nominati, et eorum perpetuo successores, ex nunc et in antea, in casu neces-

sitatis, ob factum guerrarum regiarum et dicti domini Mirapiscis, veniant et venire compellantur infra licias castri predicti de Mirapisce, videlicet, quilibet in suo hospitio ab antiquo in loco predicto eorum predecessoribus concesso ; et hoc, in equis et armis, iuxta cuiuslibet ipsorum statum et condecentiam ; cum suis provisionibus victualium quorumcumque eis necessariorum per viginti dies, per quos pro custodia ipsius castri, et persone dicti domini Mirapiscis, et eius uxoris, ac liberorum suorum, et bonorum, et successorum ipsius domini Mirapiscis quorumcumque, morari et habitare continuo personaliter teneantur, ac residentiam facere in eodem ; et hoc, ipsorum nobilium, quatenus cuilibet ipsorum pertinuerit, durantibus dumtaxat dictis viginti diebus, propriis sumptibus et expensis ;

Lapsis vero dictis viginti diebus, quod dicti nobiles ad loca sua propria, vel alibi, cum suis equis et armis valeant se transferre, nisi dictus dominus Mirapiscis, vel successores sui, predictos nobiles in et pro custodia dicti castri, ipsius domini Mirapiscis et suorum successorum sumptibus, durante ipsa necessitate, voluerint retinere ;

Quod dicto domino Mirapiscis et eius successoribus facere liceat, tociens quociens, durante ipsa necessitate, eidem vel suis videbitur ; et dicti nobiles, voluntate et mandato dicti domini Mirapiscis et suorum, post dictas viginti dies, remanere ad fines predictos, expensis dicti domini et suorum, etiam teneantur.

Qui quidem nobiles, et sui perpetuo successores, ex nunc et in antea, dicta sua hospitia, infra predictas licias dicti castri, teneant perpetuo condirectas, ipsorum nobilium propriis sumptibus et expensis ;

Cessante vero necessitate predicta, per treugam vel aliter, quod cesset etiam servitium supradictum.

Si vero per finem treuge aut aliter, una vel plures necessitates infra annum, vel ex post, occurrerent, quod, tociens quociens ipsa necessitas occurrerit, nobiles ipsi, et sui successores, et causam habentes ab eis, predictum servitium, sub forma predicta, facere et complere teneantur, etiam si una necessitas continuo duraret ultra annum. Infra vero annum, durante una incepta necessitate continuo, quod, ipso anno, solum viginti dies expensis ipsorum nobilium, et,

ipsis lapsis, expensis dicti domini Mirapiscis et suorum, si eosdem, plus necessitate, ut predictum est, durante, remanere voluerunt, ea facere et residere personaliter teneantur, ut est dictum.

Item, quod de toto anno, pro necessitate pro qua fuerint mandati ad servitium predictum faciendum, minime teneantur eorum propriis expensis quam semel per annum, et dictas viginti dies, nisi illa necessitas, pro qua essent mandati, fuisset finita, et alia supervenisset necessitas, vigens ac evidens, pro qua ad servitium predictum, et modo et forma pretactis, tenebuntur.

Item, voluit et ordinavit, modo et forma predictis, quod dicti nobiles, et sui successores, ex nunc et in antea, ad requisitionem simplicem predicti domini Mirapiscis et suorum, servitium custodie civitatis regie predicte, aliàs per ipsos nobiles et eorum p.....(1) in equis et armis, nomine hospitii Mirapiscis, vel cum dicto domino Mirapiscis, facere consuetum, quociens casus exigerit, faciant et compleant, ut consueverunt, premissis non obstantibus, ipsorum nobilium et suorum etiam propriis sumptibus et expensis ; hospitiaque sua, que, ex causa predicta, habent infra civitatem Carcassone, teneant etiam condirecta.

Hoc salvo expresse, et retento per ordinationem huiusmodi, quod in casu, quo pro tempore heredes seu successores dicti domini Mirapiscis, seu causam habentes ab eo, quoad factum et modum dicte provisionis ultra predicta a dictis nobilibus seu eorum alteri aliquid peterent, seu ad plus astrictos eosdem teneri assererent, quod ille vel illi nobiles, a quo seu quibus plus peterent quam in dicta ordinatione contineatur, sint in statu in quo erant ante ordinationem presentem. Ita quod eisdem ordinatio huiusmodi, in casu premisso, nichil nocere possit, sed quod super hoc se tueri et defendere valeant, in iudicio et extra, ab alia seu pluri petitione quam est dictum, et etiam a presenti, eo modo quo poterant ante ordinationem presentem, per quam, in casu predicto, alicui ipsarum partium nullum ius accrescat vel decrescat.

Item, voluit predictus dominus senescallus quod superius nominati nobiles absentes, et eorum quilibet, ordinationem presentem et

(1) Mots effacés.

contenta omnia in eadem de die in diem ratificent, approbent et confirment, si velint, et eamdem teneant inviolabiliter, et observent de puncto ad punctum, prout ad quemlibet ipsorum pertinuerit, ad dicti domini Mirapiscis vel suorum requisitionem simplicem, et omnimodam voluntatem.

Sed in casu quo nobiles ipsi absentes presentem ordinationem et contenta in ea ratificare noluerint requisiti, quod idem dominus Mirapiscis et sui successores, per se aut curiales suos, ad faciendum et conservandum ea, ad que sibi aut suis tenentur ratione feudorum que tenent ab eodem, dictos absentes nobiles compellere, mediante iusticia, possit, et contra eos et eorum bona agere, eo modo et forma quibus poterat ante diem presentem, ordinatione predicta in aliquo non obstante.

IV. *Adhésion des deux parties à la sentence.*

15 Février 1352-[1353].

Quam quidem ordinationem et pronunciationem dicte partes et quelibet earum, videlicet : dicti nobiles Iohannes de Riparia, dominus de Rupe Talliata, pro se ; et magister Iordanus Ancelines, nominibus procuratoriis quibus supra dictorum Roberti et Guassoti, et dicti Guillaminus Standardi, ac Iohannnes de Riparia, pro se, et nomine dicti fratris sui ; dicentes et asserentes proxime nominati Guillalminus et Iohannes, eorum iuramento ibidem super sancta Dei quatuor evangelia prestito corporali, se esse maiores decem octo annis et sine curatore, ex parte una ; et dictus dominus Mirapiscis, ex parte altera, ratam et gratam habuerunt, et acceptarunt, et ibidem expresse, sub modis, formis, salvationibus, et retentionibus predictis, acquierunt (*sic*), et ita tenere, servare, et non contra facere vel venire, sub obligatione bonorum suorum, et illorum quorum dictus magister Iordanus, ut procurator, presentium et futurorum, et sub omni iuris renuntiatione ad hec necessaria, pariter et cautnela, promiserunt sua bona fide ; et super sancta Dei quatuor evangelia iuraverunt.

Per quod iuramentum dicti Guillalminus Strandardi, et Iohannes de Riparia, condominus de Serpente, promiserunt contra premissa

vel aliquid premissorum, ratione minoritatis aut aliàs, non contravenire, renunciantes scienter et expresse beneficio restitutionis in integrum, et omni alii iuris auxilio, quo contra predicta venire possent, seu in aliquo se tueri.

Et ibidem, dictus dominus senescallus, sedens pro tribunali in dicto consistorio regio, pro maiori securitate partium predictarum, et omnium premissorum, iniunxit, causa cognita, partibus supradictis ibidem presentibus, et iniunctionem aut preceptum huius modi in se gratis suscipientibus, ut predicta omnia et singula, de puncto ad punctum, teneant inviolabiliter et observent, prout superius continetur.

Et continuo, dictus dominus Mirapiscis manum et omne impedimentum, per eum, vel de sui ac curialium suorum mandato, appositum in bonis, castris ac terra dictorum nobilium Iohannis de Riparia, domini de Rupe Talliata, et alterius Iohannis de Riparia, ac Guilhalmini Standardi, comparentium, amovit libere et sine custu, et haberi voluit pro amotis.

De quibus omnibus et singulis dicte partes, et quelibet earum, petierunt et requisiverunt sibi fieri unum vel plura publica instrumenta.

Tenor vero instrumenti procurationis dicti magistri Iordani Ancelines, de quo supra facta est mentio, talis est :

Procuration donnée par les seigneurs ci-dessus dénommés pour se faire représenter et pour agir en leur nom, devant le sénéchal de Carcassone, 1er février 1352 [1353].

N.-B. — *L'acte, rédigé en termes généraux, ne donne aucun détail sur l'affaire ; aussi nous n'avons pas cru à propos de reproduire les formules employées dans les procurations.*

. . . . . .

Acta fuerunt hec anno, die et loco predictis, in presencia et testimonio venerabilium virorum dominorum Bernardi Bone, condomini de Altopullo, iudicis criminum senescallie Carcassone et Bitterris, Ludovici Vitalis, Guillelmi Benedicti, legum doctorum ; Durandi Rique, Bernardi de Mora, licenciatorum in legibus ; magistrorum Petri Montis regalis, Iacobi Podii, Iohannis Sicredi, Michaelis

Barriate, Iacobi Sophie, iuris peritorum ; Ade de Barreriis, Bernardi Chamarii, Arnaldi Piquerii, Bernardi de Fonte, Petri Arnaldi Cugnuhani, Guillelmi Barrerie, Bertrandi Gastagri, notariorum Carcassone ; nobilium virorum dominorum Petri Abanni, domini de Ruppe Seguata, Berengarii de Roffiano, militum ; et magistri Ramundi Guitardi, civis Carcassone, notarii auctoritate regia publici, qui hoc, requisitus, recepit ; sed eius vice et nomine, ego Arnaldus de Cayssia, notarius, habitator Carcassone, hanc cartam scripsi ad tuitionem Iohannis de Ripparia et eius consortum nobilium predictorum.

Et ego, idem Ramundus Guitardi, notarius predictus hic me subscripsi et signavi.

(*Signum*).

